Alio quoqꝫ tēpore duo ad eū Gothi hospitalitatis gratia venerūt: qui rauennaz se festinare professi sunt. Quib⁹ ipse paruū vas ligneū vino plenū manu sua prebuit: qđ fortasse i prādio itineris habere potuissent: ex quo illi quo adusqꝫ rauennā venirent: gothi biberunt. Sicqꝫ vsqꝫ ad eundē venerabilē patrem ferētes reuersi sunt: vt nullo die cessarent bibere: ⁊ tamen vinū eis ex illo vasculo nunqꝫ deesset ac si i illo vase ligneo qđ Episcopus eis dederat: vinū non augeretur: sed nasceretur.

Nuper quoqꝫ de eiusdē loci ꝑrib⁹ senex quidaz clericus aduenit: ⁊ ea que ipe de eo narrat: silētio nō sunt pretereunda. Nā dicit qꝫ quadā die ingressus hortū magna hūc erucarū multitudine inuenit esse coopertū. Qui omē olus in eo depire conspiciēs: ad easdem erucas cōuersus dixit: Adiuro vos in nomie dñi iesu christi recedite hic: atqꝫ hec olera comedere nolite. Que statim ad viri dei verbū ita omnes egresse sunt: vt nec vna quidez intra spaciū horti remaneret.

Sed quid mirũ q̄ hec de episcopatus ei⁹
tempore narramus: quãdo iam ab omni-
potente deo ordine simul ⁊ moribus cre-
uerat: dum illa magis miranda sint q̃ eũ
hic senex clericus adhuc puerulũ fecisse
testatur. Nam ait q̄ eo tẽpore quo cũ ma
tre sua puer habitabat: egressus hospitio
nonnunq̄ sine linea: crebro etiã sine tuni
cà reuertebatur. quia mox vt nuduz q̃uẽ-
piam inuenit: vestiebat: hic se expolians
vt se ante dei oculos illius mercede vesti
ret. Quẽ mater sua frequẽter increpare
consueuerat: dicens q̄ iustum nõ esset vt
ipse inops pauperibus vestimẽta largire-
tur. Que die quadã horreum ingressa pe
ne omne triticũ qđ sibi in expendiũ totius
anni preparauit: inuenit a filio suo pauperi
bus erogatũ. Cumq̄ semetipsam alapis
pugnisq̄ tunderet: q̄ quasi anni subsidia
perdidisset: superuenit Bonifacius puer
dei: eamq̄ verbis quibus valuit: consola
ri cepit. Que cũ nihil cõsolationis admit
teret: hanc rogauit vt ab horreo exire de-
buisset: in quo ex omni eorũ tritico paruz
quid inuentũ est remansisse. Puer autez
dei sese illic protinus in orationem dedit
qui post paululũ egressus ab horreo ma-
trem reduxit ad horreũ qđ ita tritico ple-
num inuentũ est sicut plenũ ante fuerat:
vnde mater illius totius anni sumptus se
cõgregasse gaudebat. Quo viso miracu-
lo cõpuncta mater iam ipsa cepit hortari
vt daret qui sic celeriter posset: que petijs
set: accipere. Hec itaq̄ in hospitij sui ve-
stibulo gallinas nutrire consueuerat: sed
eas ex vicino rure vulpis veniẽs aufere-
bat. Quadã vero die dũ in eodem vesti-
bulo puer Bonifacius staret: vulpis ex
more venit gallinã abstulit. Ipse autem
concitus ecclesiã intrauit ⁊ se in orationẽ
prosternẽs apertis vocibus dixit: Pla-
cet tibi dñe vt de nutrimẽtis matris mee
mãducare nõ possim. Ecce enim gallinas
quas nutrit: vulpis comedit. Qui ab ora
tione surgens ecclesiã est egressus. Mox
autem vulpis redijt: gallinã quã ore tene
bat: dimisit atq̄ ipsa moriẽs añ eius ocu-
los in terram cecidit.

Petrus.

Valde mihi mirũ videtur q̄ exau-
dire preces in se sperantũ: etiaz in
rebus vilibus dignatur deus.

Gregorius.

Hoc Petre ex magna conditoris
nostri dispensatione agitur: vt per
minima que precipimus: sperare
maiora debeamus. Exauditus nãq̄ est in
rebus villibus puer sanctus ⁊ simplex vt
in paruis disceret: q̄tum de deo presume
re in magnis petitionibus deberet.

Petrus.

p Lacet qđ dicis.

## De Fortunato Tudertine ciui tatis episcopo: Cap. X.

Gregorius.

ALius quoq̄ vir venerabilis in
eisdem p̄tibus fuit Fortunat⁹
nomine Tudertine antistes ec
clesie qui in effugandis spiriti-
bus imense virtutis gratia polebat. Ita
vt nõnunq̄ ab obsessis corporibus legio-
nes demonũ pelleret ⁊ cõtinuo orationis
studio intẽtus obiectas cõtra se eorũ mul-
titudines superet. Huius viri familiaris-
simus fuit Julianus nostre ecclesie defen
sor: qui ante nõ longũ tẽpus in hac vrbe
defunctus est. Cui⁹ ego quoq̄ hoc didici
relatione qđ narro: quia sepe gestis illi⁹
vsu familiaritatis interrerat. eiusq̄ post
memoriã ad instructionẽ nostrã quasi fa-
ui dulcedinẽ in ore retinebat.

PAtrona quedã nobilis in vicinis
p̄tibus Thuscie virũ habebat: q̄
intra breue tempus quo filiũ eius
acceperat: cũ eadẽ socru sua ad dedicatio
nem oratorij beati Sebastiani martyris
fuerat inuitata. Nocte vero eadẽ qua sub
sequẽte die ad dedicationẽ predicti ora-
torij fuerat processura: voluptate carnis
deuicta: a viro suo sese abstinerẽ nõ potuit
Cũq̄ mane facto conscientiam deterreret
perpetrata carnis delectatio: processionẽ

vero imparet verecũdia : plus erubescẽs
vultũ hominũ q̃ dei iudiciũ metuens: cũ
socru sua ad dedicationẽ oratorij proces-
sit. Mox vero vt reliquie beati Sebastia
ni martyris oratoriũ ingresse sunt eandez
predictã matronã malignꝰ spũs arripuit:
⁊ coram omni populo vexare cepit. Eius-
dem vero oratorij presbyter dũ eaz vehe-
mentissime vexari cõspiceret: ex altari ꝓ-
tinus syndonẽ tulit: eamq̃ operuit: sed ⁊
hunc simul repẽte dyabolus inuasit. Et
quia vltra vires voluit quicquã presume
re: cõpulsus est: ⁊ ipse cognoscere in sua
vexatiõe quid esset. Hi vero qui aderãt:
puellam in manibꝰ ex oratorio sublatam
ad domũ propriã reportauerũt. Cũq̃ hãc
antiquus hostis vexatione cõtinua vehe
menter attereret: ꝓpinqui sui eam carna-
liter amãtes: ⁊ amãdo prosequẽtes ad ob
tinendũ salutis remediũ maleficis tradi-
derũt: vt eius animã funditꝰ extinguerẽt:
cuius carni magicis artibus ad tẽpus ꝓ-
desse conarent. Ducta est itaq̃ ad fluuiũ
atq̃ in aquã mersa. Ibiq̃ diutius incan-
tationibꝰ agere malefici moliebant vt is
qui eam inuaserat dyabolus exiret. Sed
miro omnipotentis dei iudicio dũ arte ꝑ-
uersa vnus ab ea repellit: in eam legio su
bito intrauit. Cepit ex hoc illa tot motibꝰ
agitari: tot vocibus: clamoribus ꝑstrepe-
re: quot spiritibus tenebat. Tunc inito
cõsilio parentes eius sue perfidie culpaz
fatentes: hanc ad venerabilẽ virũ Fortu-
natum episcopũ deduxerũt: eiq̃ relique-
runt. Qua ille suscepta multis se diebus
ac noctibus in orationẽ dedit: tantoq̃ an
nisu precibꝰ incubuit: quãto ⁊ in vno cor
pore contra se assistere legionis aciem in-
uenit. Quã non post multos dies ita sa-
naz atq̃ incolumẽ reddidit: acsi in ea ius
proprium dyabolus nunq̃ habuisset.

Alio quoq̃ tempore idem vir om
nipotentis dei famulus ex obses-
so quodam homine in mundũ spi
ritum excussit. Qui malignus spũs cum
vesperascente iam die secretam ab omni-
bus horã cerneret: peregrinũ quẽpiam es
se se simulans circuire cepit ciuitatis pla
teas ⁊ clamare. O virum sanctũ fortuna-
tum episcopũ. Ecce quid fecit: peregrinũ
hominẽ de hospitio suo expulit. Quero
vbi requiescere debeam: ⁊ in ciuitate eiꝰ
nec inuenio. Tũc quidã in hospitio cum
vxore sua ⁊ paruulo filio ad prunas sede-
bat. Qui vocẽ eius audiens ⁊ quid Epi
scopus ei fecerit requirens hunc inuita-
uit hospitio sedere secum iuxta prunas fe
cit. Cũq̃ vicissim aliqua confabularẽtur
paruulum eius filiũ idem malignus spiri
tus intrauit: atq̃ in easdem prunas proie
cit. Ibiq̃ mox eius animã excussit. Qui
orbatus: miser: vel quem ipse susceperit:
vel quẽ episcopus expulit: agnouit.

## Petrus.

Quid nam hoc esse dicimus vt oc-
cidendi ausum in eiꝰ hospitio an
tiquus hostis acciperet: qui hunc
peregrinũ estimans ad se hospitalitatis
gratia vocauit.

## Gregorius.

Multa Petre videntur bona: sed
non sunt: quia bono animo non
fiũt. Unde ⁊ in euãgelio veritas
dicit. Si oculus tuus nequã fuerit: totuz
corpus tuũ tenebrosum erit: quia cũ per-
uersa est intentio que precedit: prauum ẽ
omne opus qđ sequitur: quãuis esse rectũ
videatur. Ego nãq̃ hunc virũ qui dum
quasi hospitalitatẽ exhiberet: orbatus ẽ:
non pietatis operẽ delectatuz estimo: sed
episcopi derogatione. Nam pena subse-
quens innotuit: quia precedens illa susce
ptio sine culpa non fuit. Sunt nãq̃ non-
nulli qui iccirco facere bona studẽt vt gra
tiam aliene operationis obnubilent: nec
pascuntur bono qđ faciunt: sed laude bo
ni: quã ceteros premunt. Qua de re exi-
stimo hunc virum qui malignũ spiritum
in hospitalitatem suscepit: ostẽtationem

boni potius intendisse ꝙ operam. vt me-
liora quã Episcop⁹ fecisse videretur: qua
tenus ipse susciperet eum quem vir domi
mini Fortunatus expulisset. Ita est vt di
citur: nam finis operis probat: ꝙ munda
intentio opationis non fuerit.

Alio quoqꝫ tempore dum oculo
rum quidam lumen amisisset:
ad hunc deductus intercessiõis
eius opem petijt ⁊ impetrauit.
Nam cuz vir dei oratione facta
oculis eius signum crucis imprimeret: ab
eo luce reddita nox cecitatis abscessit.
Preterea equus cuiusdam militis in ra-
biem fuerat versus: ita vt a multis teneri
vix potuisset: sed quoscũqꝫ potuit inuade
ret ⁊ eorum mẽbra morsibus dilaniaret:
tunc vtcũqꝫ a multis ligatus ad viruz dei
deductus est. Qui mox eius capiti exten
sa manu signum crucis edidit: cunctã ei⁹
rabiem in mansuetudinẽ mutauit vt po-
stea mitior existeret: ꝙ ante illaz insaniã
fuisset. Tunc idem miles equũ suum quẽ
celerrime ex miraculi imperio a sua vesa-
nia vidit ĩmutatũ: eidez sancto viro decre
uit offerendũ. Quẽ cum suscipere ille rẽ-
nueret: ipse vero in precibus ne despice-
retur eius oblatio: perseueraret: sanctus
vir media duarum ꝑtium viam tenens ⁊
petitionem militis audiuit: ⁊ munus reci
pere pro exhibita virtute recusauit. Pri
us nãqꝫ dignum preciũ prebuit: ⁊ postea
equum quẽ sibi offerebat: accepit. Quia
enim si nõ susciperet: eum cõtristari con-
spexerat: charitate cogente emit qđ neces
sarium non habebat. Neqꝫ hoc silere de
huius viri virtutibus debeo ꝙ ante dies
fere. xij. audiui. Quidã nãqꝫ ad me dedu
ctus est senex pauper atqꝫ vt mihi senum
collocutio esse semper amabilis solet: stu-
diose hunc vnde esset inquisiui: qui se esse
de Tudertina ciuitate respõdit. Cui in-
quã: Queso te pater: num Fortunatum
Episcopũ nosti. Qui ait. Noui ⁊ bñ no-
ui. Tunc ipse subiunxi. Dic ergo si qua
illius miracula nosti ⁊ desideranti mihi
qualis vir fuerit: innotesce. Qui ait ho
mo ille ab istis hominibus longe fuit q̃s
videmus modo. Nã quicquid ab omni-
potente deo petijt: ita dum peteret impe
trauit. Cuius hoc vnũ narro miraculum
qđ ad presens animo occurrit. Quadam
nãqꝫ die Gothi iuxta Tudertinam vene-
runt qui ad partes Rauẽne properabãt:
⁊ duos paruulos puerulos de possessiõe
abstulerant que possessio prefate Tuder-
tine ciuitati subiacebat. Hoc cuz viro san
ctissimo Fortunato nunciatum fuisset: ꝓ-
tinus misit atqꝫ eosdem Gothos ad se vo
cari fecit. Quos blãdo sermone alloquẽs
eorum prius studuit asperitatez placare.
ac post intulit dicens. Quale vultis pre-
cium: dabo ⁊ puerulos quos abstulistis:
reddite mihiqꝫ hoc gratie vestre munus
prebete. Tunc is qui prior eorum esse vi
debatur: Respondit: dicens. Quicquid
alium precipis: facere parati sumus.
¶ Nam istos puerulos nullatenus red-
dem⁹: cui venerandus vir blande mina
tus dicit. Contristas me ⁊ non audis pa-
trem tuum: noli me contristare: nam non
expedit tibi. Sed isdez Gothus in cordis
sui feritate permanens negãdo discessit.
Die vero altera digressurus rursus ad
Episcopum venit. Quem isdem verbis
pro predictis puerulis iterum Episcop⁹
rogauit. Cumqꝫ ad reddendũ nullo mo-
do consentire voluissẽt cõtristatus Epi-
scopus dixit. Scio quia tibi non expedit
qđ me contristato discedis. Que Goth⁹
verba despiciens ad hospitium reuersus:
eosdem pueros de quibus agebatur: eq̃s
super impositos cum suis hominibus pre
misit: ipse vero statim ascendens equum
subsecutus est. Cumqꝫ in eadem ciuitate
ante beati Petri apostoli ecclesiaz venis
set: equi eius pes lapsus est. Qui cuz eo
corruit ⁊ ei⁹ coxa mox fracta est: ita vt in
duabus partibus os esset diuisuz. Leua
tusqꝫ: in manibus reductus est ad hospi-
tiũ. Qui festin⁹ misit ⁊ pueros q̃s p̃miſat
reduxit: ⁊ viro venerabili fortunato mã-
dauit, dicẽs. Rogo te pater: mitte ad me

dyaconū tuū. Cuius dyacon⁹ dū ad iacē-
tem venisset: pueros quos redditurum se
episcopo omnino negauerat: ad medium
deduxit: eosq3 dyacono illius reddidit: di
cens. Uade τ dic dño meo episcopo quia
maledixisti mihi: ecce ꝑcussus sum: s3 pue
ros quos quesisti: recipe τ pro me rogo:
intercede. Susceptis itaq3 puerulis dya
conus eos ad episcopū reduxit: cui bene-
dictā aquā venerabilis Fortunat⁹ dedit.
dicēs: Uade citius τ eā sup iacētis corp⁹
proijce. Perrexit itaq3 dyacon⁹ atq3 ad
Gothū introgressus benedictā aquā sup
mēbra illius aspersit: res mira τ vehemē-
ter stupēda: mox vt aqua benedicta Go-
thi coxā cōtigit ita hominis fractura soli
data est τ saluti pristine coxa restituta vt
hora eadē de lecto surgeret τ ascēso equo
ita cepit iter agere ac si nullā vnq̄ lesionē
corpis pertulisset. Factūq3 est vt qui san-
cto viro fortunato pueros cū precio redde
re: obediētie subiectus: noluit. eos sine p̄
cio: pene subactus: donauit.

His igit expletis studebat adhuc
senex de eo τ alia narrare. S3 q̄a
nōnulli aderāt: ad quos exhortā-
dos occupabar. Iāq3 diei tardior hora in
cubuerat: venerabilis Fortunati facta mi
hi audire nō licuit: que audire si liceat: sp
volo. Sed die alia isdem senex rē de illo
magis mirabilē narrauit: dicens.

In eadē Tudertina vrbe marcel-
linus quidā bone actionis vir cū
duabus sororib⁹ suis habitabat:
qui eueniēte molestia corpis ipso sacratis
simo vespascente iam sabbato pascali de-
functus est. Cui⁹ corpus: cū longius ess3
efferendū: die eodem sepeliri nō potuit.
Cūq3 mora esset tēporis ad explendū de-
bitū sepulture: sorores eius morte eius af
flicte: accurrerūt flētes ad venerabilē For
tunatū eiq3 magnis vocibus clamare ce-
perunt. Scimus quia apostolorū vitā te-
nes: leprosos mundas: cecos illuminas:
veni τ resuscita mortuū nostrū. Qui mox
vt earū fratrē cognouit defunctū: flere et
ipse etiā de morte eius cepit: eisq3 respon-
dere dicens. Recedite τ hec dicere noli-
te: quia iussio omnipotētis dei est: cui cō-
traire nullus hominū potest. Illis itaq3
discedētibus tristis ex morte eius mansit
episcopus. Subsequēte autem die dñico
ante exurgētis lucis crepusculum: voca-
tis duobus dyaconis suis perrexit ad do-
mum defuncti: accedēsq3 ad locū: vbi cor
pus iacebat exanime: ibi se in orationem
dedit. Expleta autē prece surrexit τ iuxta
corpus defuncti sedit: non autē grādi vo-
ce defunctū per nomē vocauit: dicēs. Fra
ter marcelle. Ille autē: acsi leuiter dormi-
ens: ad vicinā vocē q̄uis modica fuisset:
citat⁹: statim oculos aperuit: atq3 ad Epi
scopū respiciēs dixit. O quid fecisti: o q̄d
fecisti? Cui episcopus rñdit dicēs. Quid
feci? At ille ait. Duo hesterno die vene-
runt qui me eijciētes ex corpore in bonu3
locū duxerunt. Hodie autē intus missus
est: qui dixit. Reducite eū quia Fortuna-
tus Episcopus in domū eius venit. Qui
bus verbis expletis mox ex infirmitate cō
ualuit τ in hac vita diutius māsit. Nec ta
men credendū est quia locū quem accepe
rat: perdidit: quia dubiū non est: q̄d inter
cessoris sui precibus potuit post mortem
melius viuere: qui ante mortē studuit om
nipotēti deo placere. Sed cur multa de
eius vita dicimus: cū nuncusq3 ad corpus
illius tot virtutū documēta teneam⁹. De
moniacos quippe absoluere: egros cura-
re: quotiens ex fide expetit̄: vt viuus con
sueuerat: hoc indesinenter facere τ apud
mortua sua ossa perseuerat. Sed libet pe-
tre adhuc ad valerie prouincie ptes: nar-
rationis mee verba reducere: de quibus
me eximia valde miracula ex ore venera-
bilis Fortunati: cuius nō longe superius
memoriā feci: contigit audisse: qui crebro
ad me nuncusq3 veniens dū facta mihi ve
terum narrat: noua refectione me satiat.

### De Martyrio monacho: prouincie Ualerie.
### Capitulum. XI.

Quidam nūc in eadē prouincia
Martyrius noīe: deuotus val
de omipotentis dei famul⁹ ex
titit: qui et hoc de virtutibus
suis testimonij signū dedit. Dum quadā
die fratres illius panē subcineritiū fecis
sent: atqꝫ obliti essent crucis signū impo
nere: sicut in hac ꝓuincia crudi panes si
gno signari solēt: vt per quadras quattu
or partiri videant: idē dei famulus affuit:
eisqꝫ referētibus signatū nō fuisse cogno
uit. Cūqꝫ iam panis ille prunis esset ⁊ ci
neribus coopertus: dixit: Quare hūc mi
nime signastis? Qui hec dicens: Signū
crucis digito ꝯtra prunas fecit: quo signā
te ꝓtinus immāsum crepitū panis dedit:
ac si ingēs in ignib⁹ olla crepuisset. Qui
dū coctus postmodū fuisset: ab igne sub
tractus: ea cruce signatus inuentus est:
quā non cōtractus: sed fides fecerat.

## De Seuero presbytero eiusdem prouincie: Cap. XII.

In eo etiā loco īterorina vallis
dicit: que a multis verbo rusti
co interocrina nomiat. In qua
erat quidā vir vite venerabil:
valde admirabilis noīe Seuerus: eccle
sie beate Marie dei genitricis ⁊ semꝑ vir
ginis: sacerdos. Hunc cū quidā paterfa
milias ad extremū venisset diē: missis cō
cite nūcijs rogauit: vt ad se quātocius pos
set veniret: suisqꝫ oratiōibus ꝓ peccatis
eius intercederet vt acta de malis suis pe
nitētia: solutus culpa: de corpore exiret.
Qui videlicet sacerdos: inopinate cōti
git: vt ad putandā vineā esset occupat⁹:
atqꝫ ad se veniētibus diceret. Antecedite
ecce ego vos subseq̊r. Cūqꝫ videret sibi in
eodē opere parū aliquid superesse: paulu
lū morā fecit: vt opus quod minimū resta
bat expleret. Quo expleto cepit ad egrū
pergere: cū vero in itinere occurrētes hi:
qui prius venerāt: obuiā facti sunt: dicen
tes: Pater quare tardasti: noli fatigari:
quia iam defunctus est? Quo audito ille
cōtremuit: magnisqꝫ vocib⁹ se interfecto
rē illius clamare cepit. Flens itaqꝫ perue
nit ad corpus defuncti: seqꝫ corā lecto illi
us cū lachrymis in terrā dedit. Cūqꝫ iam
vehemēter fleret: in terrā caput tonderet
seqꝫ reū mortis illius clamaret: repēte is
qui defunctus fuerat: animā recepit. Quā
cū multi qꝫ circūstabant aspicerēt: admi
ratiōis vocibus emissis ceperūt amplius
flere pre gaudio. Cūqꝫ eum requirerent:
vbi fuerit: vel quomō redisset: ait: Tetri
valde erāt hoīes qui me ducebāt: ex quo
rū ore ac naribus ignis exibat: quē tolera
re non poterā. Cūqꝫ per obscura loca me
ducerēt: subito pulchre visionis iuuenis
cū alijs nobis eūtibus obuiam factus est:
qui me trahētibus dixit: Reducite illū:
quia Seuerus ꝑsbyter plangit. Eius enī
lachrymis dn̄s eum donauit. Qui scili
cet Seuerus ꝓtinus de terra surrexit: ei
qꝫ penitentiā agenti opem sue intercessio
nis prebuit. Et dū per dies septē de per
petratis culpis penitentiā eger rediuiu⁹
ageret: octaua die letus de corpore exiuit
Perpende queso hūc de quo loquimur:
Seuerū: quē dilectū dn̄s accendit: quem
cōtristari nec ad modicū pertulit.

Petrus.

Omiranda sunt valde que dicis:
que me inuenio nūcusqꝫ latuisse.
Sed quid esse dicimus: qꝫ modo
tales viri nequeūt inueniri?

Gregorius.

Ego Petre multos tales in hoc se
culo nec mō deesse existimo: neqꝫ
enim si talia signa nō faciūt: ideo
tales nō sunt. Uite nanqꝫ vera estimatio
in virtute est operum: non in ostensiōe si
gnoꝝ. Nam sunt pleriqꝫ: qui ⁊ si signa nō
faciunt: signa tamen faciētibus dispares
non sunt.

Petrus.

Unde mihi rogo hoc ostēdi potest
qꝫ sint quidā qui signa nō faciūt:
⁊ tamen signa faciētibus dissimi
les non sunt.

Gregorius.

Nunquid nã nescis quoniã Paulus apostolus Petro apostolorũ primo: in principatu Apostolico frater est.

Petrus.

Scio plane nec dubiũ est: quia ⁊ si minimus omniũ apostoloꝝ: plus tamen omnibus laborauit.

Gregorius.

Quod bene ipe reminisceris: Petrus super mare pedibus ambulauit. Paulus in mari naufragiuz pertulit: ⁊ in vno eodemq̃ elemento: ibi Paulus ire cũ naui non potuit: vbi Petrus pedibus iter fecit. Aperte igiť constat: quia cũ vtriusq̃ virtus fuerit dispar in miraculo: vtriusq̃ tamẽ meritũ dispar non est in celo.

Petrus.

Placet: fateor omnino q̃d dicis. Ecce enĩ aperte noui: quia vita ⁊ nõ signa querẽda sunt. Sed quoniã ipsa signa que fiũt bone vite testimoniũ ferunt. Queso te adhuc siqua sunt: referas: vt esurientẽ me per exempla bonorũ pascas.

Gregorius.

Vellem tibi in laudib⁹ redemptoris de viri venerabilis Benedicti miraculis aliqua narrare: sed ad hec explenda hodiernũ tempus video non posse sufficere. Liberius itaq̃ hec loquimur si aliud exordiũ sumamus.

Explicit liber primus dialogoꝝ beati Gregorij.

Sancti Gregorij pape dialogorũ liber secundus: de vita et miraculis sancti Benedicti: feliciter incipit.

De ortu: moribus: ac conuersatiõe sancti Benedicti: Capitulũ. I.

Fuit vir vite venerabilis Benedictus: dei gratia ⁊ nomine ab ip̃o sue puericie tempore cor gerẽs senile. Etatẽ quippe moribus transiens: nulli voluptati animũ dedit: sed dum in hac terra adhuc esset quo temp̃aliter libere vti potuisset: despexit iam quasi aridũ mundũ cũ flore. Qui liberiori genere ex p̃uincia Nursie exortus. Rome liberalibus litterarũ studijs traditus fuerat. Sz cũ in eis multos ire per abrupta viciorũ cerneret eũ quẽ quasi ingressum mũdi posuerat retraxit pedẽ: ne si quid de sciẽtia eius attingeret: ip̃e quoq̃ postmodum in inane precipitiũ totus iret. Despectis itaq̃ litterarũ studijs: relicta domo: rebusq̃ patrijs: soli deo placere desiderãs: sancte conuersatiõis habitũ quesiuit. Recessit igiť scienter nesciẽs ⁊ sapienter indoct⁹. Huius ego oĩa gesta nõ didici: sed pauca que narro: quattuor discipulis illi⁹ referẽtibus agnoui Constãtio scz reuerẽdissimo valde viro: qui ei in monasterij regimine successit. Valẽtiano quoq̃ qui annis multis Latranẽsi monasterio prefuit. Simplicio qui congregationẽ illius post eũ tertius rexit. Honorato etiã qui nunc adhuc celle eius in qua prius cõuersatus fuerat: preest.

De Capisterij fracti reparatione: Cap. II.

Hic itaq̃ cũ iam relictis litterarũ studijs petere deserta decreuisset: nutrix que hunc artius

amabat: sola secuta est. Cunqꝫ ad locum
venissent: qui dicitur Evide multisqꝫ ho=
nestioribus viris pro charitate illic de=
tentis: in beati Petri ecclesia demorarent
predicta nutrix illius ad purgandū triti=
cū a vicinis mulieribus prestari sibi capi
steriū petijt. Qđ super mensa incaute de
relictū casu accidēte fractū est: sic vt dua
bus partibus inueniret diuisum. Quod
mox rediens nutrix illius vt ita inuenit:
vehemētissime flere cepit: quia vas quod
prestitū acceperat: fractū videbat. Bene=
dictus aūt religiosus ⁊ pius puer cū nu=
tricē suā flere cōspiceret: eius dolori com
passus ablatis secū vtriusqꝫ fracti capiste
rij partibus: sese cū lachrymis in oratio=
nē dedit: qui ab oratiōe surgēs ita iuxta
se vas sanū repperit: vt in eo inueniri fra=
cture nulla vestigia potuisset. Moxqꝫ nu
tricē suā blande consolatus: ei sanū capi=
steriū reddidit: quod fractū tulerat. Que
res in eodē loco a cūctis est agnita: atqꝫ
in tāta admiratiōe habita: vt hoc ipm ca=
pisteriū eiꝰ loci incole in ecclesie ingressu
suspenderēt: quatenus presentes ⁊ futuri
oēs agnoscerēt: a quāta Benedictus pu=
er cōuersatiōis gratia: perfectiōe cepisset.
Qđ annis multis illic ante omniū ocu=
los fuit: ⁊ vsqꝫ ad hec longobardoꝝ tem=
pora sup fores ecclesie pepēdit. Sed Be
nedictus plus appetēs mala mūdi perpe
ti q̄ laudes: ꝓ deo laboribus fatigari q̄
vite huius fauore extolli: nutricē suā oc=
culte fugiens deserti loci secessum petijt.
Cui sublacus vocabulū est: qui a Roma=
na vrbe quadragīta fere miliaribꝰ distās
frigidas atqꝫ perspicuas emanat aquas.
Que illic videlꝫ aquaꝝ abūdātia in extē
so prius loco colligit: ad extremū vero in
amnē deriuat. Quo dū fugiens pergeret
monachus quidā Romanus nomīe hūc
euntē repperit: quo tenderet reqsiuit. Cu
ius cū desideriū cognouisset: ⁊ secretū te=
nuit: ⁊ adiutorium impendit: eiqꝫ sancte
cōuersatiōis habitū tradidit: ⁊ inquantū
licuit ministrauit. Vir autē dei ad eundē
locū perueniens in artissimā specū se tra=
didit: ⁊ tribus annis excepto Romāo mo
nacho: oībus ibi incognitus māsit. Qui
videlicet Romanus nō longe in monaste
rio sub Theodaci patris regl'a degebat.
Sed pie eiusdē patris sui oculis furabat
horas: ⁊ quē sibi ad manducandū subripe
re poterat: diebus certis Benedicto panē
ferebat: ad eandē vero specuꝫ a Romani
cella iter nō erat. Quia excelsa desup ru
pis eminebat: sed eadem rupe in longissi
mo fune ligatū Romanꝰ deponere panē
cōsueuerat. In qua etiā resti paruū tinti=
nabulū inseruit: vt ad eius sonū cognosce
ret: quādo sibi Romanus panē preberet:
quē exiens acciperet. Sed antiquus ho=
stis vniꝰ charitati inuidens: ⁊ alterius re
fectiōi cū quadā die submitti panē conspi
ceret: iactauit lapidē ⁊ tintinabulū fregit.
Romanus tamē modis cōgruentibꝰ mi=
nistrare nō desijt. Cum vero iam deus oī
potens ⁊ Romanū vellet a labore quie=
scere: ⁊ Benedicti vitā in exemplū homi
nū demonstrare: vt posita super candela=
brū lucerna clarescerer: quatinꝰ omibus:
qui in dei domo sunt luceret: cuidā p̄sby
tero longius manēti qui refectionē sibi in
pascali festiuitate parauerat: per visuꝫ do
minus apparere dignatus est dicēs: Tu
tibi delicias preparas: ⁊ seruus meus il=
lo in loco fame cruciat. Qui ꝓtinus sur=
rexit: atqꝫ in ipa solēnitate pascali cū ali=
mentis que sibi parauerat: ad locū teten=
dit: ⁊ virū dei per abrupta montiū: per cō
caua valliū: per defossa terrarū quesiuit:
eūqꝫ latere in specu repperit. Cunqꝫ ora=
tiōe facta: ⁊ benedicentes dominū omni=
potentē cōsedissent. Post dulcia vite col
loquia is qui aduenerat: presbyter dixit:
Surge sumamus cibū: quia hodie pasca
est. Cui vir dei respondit: dicens: Scio:
quia pasca est: qꝛ hodie te videre merui.
Longe quippe ab hoībus positus: quia
die eodem paschalis solennitas esset: ig=
norabat. Venerabilis autē presbyter rur
sus asseruit: dicens: Veraciter hodie re=
surrectiōis dominice pascalis dies est: ab
stinere tibi minime ꝯgruit: quia ⁊ ego ad

hoc missus sum: vt omnipotētis dei dona pariter sumamus. Benedicētes igitur dominū sumpserūt cibū. Expleta itaqꝫ refectione ⁊ colloquio ad ecclesiā suā presbyter secessit. Eodē quoqꝫ tēpore hunc ī specu latitantē etiā pastores inuenerūt: quē dū vestitum pellibus inter frutecta cernerēt: aliquā bestiā esse crediderūt. Sed cognoscētes dei famulū eorū multi ad pietatis gratiā a bestiali mēte mutati sunt. Nomen itaqꝫ eius ꝑ vicina loca innotuit cunctis. Factūqꝫ est vt ex illo iam tempore a multis frequētari cepisset. Qui cū ei cibū afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimēta referebāt vite.

## De temptatione carnis superata. Cap. III.

Quadam vero die dū solus esset temptator affuit. Nā nigra paruaqꝫ auis que merula nominatur: circa eius faciē volitare cepit: eiusqꝫ vultui importune insistere: ita vt manu capi posset: si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. Tanta autē carnis tēptatio aue eadē recedēte sequuta est: quantā vir sanctus nunꝗ fuerat expertus. Quandam nāqꝫ aliquādo feminā viderat: quā malignus spūs ante eius mentis oculos reduxit: tantoqꝫ igne serui dei animū in specie illiꝰ accēdit: vt dū in eius pectore amoris flāma vim caperet: etiā pene deserere heremū voluptate victus deliberaret. Tūc subito supna gratia respectus: ad semetipsum reuersus est atqꝫ vrticarū ⁊ vepriū iuxta densa succrescere frutecta cōspiciēs exutus indumēta: nudū se in illis spinarū aculeis ⁊ vrticarū incēdijs ꝓiecit. Ibiqꝫ diu volutatꝰ: toto ex eis corpe vulneratꝰ exijt ⁊ per cutis vulnera duxit a corpore: vulnus mētis. Quia voluptatē traxit in dolorē. Cūqꝫ pena penaliter foris arderet extinxit qd̄ intꝰ illicite ardebat: vicit itaqꝫ peccatū quia mutauit incēdiū. Ex quo videlicet tēpore sicut post discipulis ipse perhibebat. Ita in eo est temptatio voluptatis edomita: vt tale aliq̄d minime sentiret. Ceperūt postmodū multi iam mundum relinquere atqꝫ ad eius magisteriū festinare. Liber quippe a temptatiōis vicio: vere iure iam factus est virtutū magister. Unde in Exodo ⁊ ꝑ Moysen precipitur: vt leuite a vigintiquinqꝫ ānis ⁊ supra ministrare debeāt. Ab anno vero q̄nquagesimo custodes vasorum fiant.

### Petrus.

Iam quidē prolati testimonij mihi aliquantū intellectꝰ interlucet sed tamē hoc planius exponi postulo.

### Gregorius.

Liquet petre q̄ in iuuētute carnis tēptatio ferueat. Ab anno autem quinquagesimo calor corpis frigescat. Uasa autē sacrata sunt fideliū mētes. Electi ergo cū adhuc in temptatione sūt: subesse eos ac seruire necesse est: ⁊ obsequijs laboribusqꝫ fatigari. Cū vero iā mētis etate trāquilla calor recesserit temptationis custodes vasorū sūt: quia doctores animarū fiunt.

## De vitreo vase per signū sancte crucis rupto: Cap. IIII.

### Petrus.

Fateor placet qd̄ dicis sed quia prolati testimonij clausa reserasti: queso vt de vita iusti debeas ea que sunt inchoata percurrere.

### Gregorius.

Accedente igitur temptatione vir dei quasi spinis erutis: exculta terra de virtutū segete feracius fructus dedit. Preconio itaqꝫ eximie conuersationis celebre nomen eius habebatur. Nō longe autē monasteriū fuit cuius cōgregationis pater defunctꝰ est. oīsqꝫ ex illo cōgregatio ad eundē venerabilē Benedictū vēit: ⁊ magnis precibꝰ vt eis preesse deberet: petijt. Qui diu negādo distulit: suis illorūqꝫ fratrū moribꝰ cōuenire nō posse ꝓdixit: sꝫ victus quꝫ precibus: as-

ſenſum dedit. Cūq͡ȝ in eodē monaſterio
regularis vite cuſtodiam teneret: nulliq͡ȝ
vt prius ꝑ actus illicitos in dexteram le
uā q͡ȝ ꝑtem deflectere a cōuerſatiōis itine
re liceret: ſuſcepti fratres inſane ſeuiētes
ſemetipſos prius accuſare ceperunt: quia
hūc ſibi preeſſe popoſcerāt: quorū ſcȝ tor-
titudo in norma eius rectitudinis offen-
debat. Cūq͡ȝ ſibi ſub eo cōſpicerēt: illicita
nō licere: ⁊ ſe dolerēt vſitata relinquere:
durūq͡ȝ eſſet ꝙ in mēte veteri cogebātur
noua meditari ⁊ q͡ȝ grauis ē ſemꝑ prauis
moribus vita bonorū: tractare de eiꝰ mor
te aliquid conati ſunt. Qui inito conſilio
venenū vino miſcuerūt: ⁊ cū vas vitreum
in quo ille peſtifer potꝰ habebat: recum-
bēte patre ex more monaſterij ad benedi-
cendū fuiſſet allatū: extēſa manu Benedi
ctus ſignū crucis edidit ⁊ vas qđ longiꝰ
tenebat: eodē ſigno rupit. Sicq͡ȝ confra-
ctū eſt ac ſi in illud vas mortis ꝓ cruce la
pidē dediſſet. Intellexit ꝓtinus vir dei:
q͡ȝ potū mortis habuerat: qđ portare non
potuit ſignū vite: atq͡ȝ ilico ſurgēs ⁊ vul-
tu placido: mente tranquilla: conuocatis
fratribꝰ allocutꝰ eſt eos: dicēs: Miſereat
veſtri fratres omnipotēs deꝰ: quare in me
facere iſta voluiſtis? nunquid nō prius di
xi vobis? q͡ȝ veſtris ac meis moribus non
cōueniret. Ite ⁊ iuxta mores veſtros pa-
trē vobis querite: q͡ȝ poſt hac me habere
minime poteſtis. Tūcq͡ȝ ad locū dilecte
ſolitudinis rediȷt: ⁊ ſolus in ſuꝑni pecto-
ris oculis habitauit ſecum.

Petrus.

MInus patēter intelligo quid nam
ſit: habitauit ſecum.

Gregorius.

SI ſanctꝰ vir cōtra ſe vnanimiter
cōſpirantes: ſueq͡ȝ cōuerſatiōi lō
ge diſſimiles: coactos diu ſub ſe
tenere voluiſſet: fortaſſe ſui vigoris vſum
⁊ modū tranquillitatis abſcideret: atq͡ȝ a
contēplationis lumine ſue mentis oculū
declinaſſet. Dūq͡ȝ quotidie illorū correp-
tione fatigatus: minꝰ curaret ſua: ⁊ ſe for
ſitā relinqueret ⁊ illos nō inueniret. Nā
quotiēs ꝑ cogitationis motū minime ex-
tra nos ducimur: ⁊ nos ſumus: ⁊ nobiſcū
nō ſumus: q͡ȝ noſmetipſos minime viden
tes: ꝑ alia vagamur. An illū ſecū fuiſſe di
cimꝰ: qui ī longinquā regionē abijt: por-
tionē quā accepat: cōſumpſit: vni in ea ci
uium adheſit: porcos pauit: quos cū man
ducare videret ſiliquas ⁊ eſuriret: tū cum
poſtmodū cepit cogitare bona que perdi-
dit: ſcriptum de illo eſt: in ſe reuerſus: di
xit Quātū mercēnarij in domo pr̄is mei
abundāt panibꝰ? Si igit̄ ſecū fuit: vn̄ ad
ſe rediȷt? Hūc ergo venerabilē virū ſecuȝ
habitaſſe dixerim: q͡ȝ in ſua ſemper cuſto
dia circūſpectus ante oculos conditoris:
ſemꝑ aſpiciēs ſe: ſemꝑ examinās: extra ſe
mentis ſue oculū nō diuulgauit.

Petrus.

QUid ergo qđ de apoſtolo Petro
ſcriptū eſt: dū de carcere ab ange-
lo eductꝰ fuiſſet q̄ ad ſe reuerſus:
dixit: Nūc ſcio vere q͡ȝ miſit dn̄s angeluȝ
ſuū ⁊ eripuit me manu Herodis ⁊ de om-
ni expectatione plebis iudeorum.

Gregorius.

DUobꝰ modis petre extra nos du-
cimur: qui aut ꝑ cogitationis lap
ſum ſub noſmetipſos recedimus:
aut ꝑ ꝯtēplatiōis gratiā ſuꝑ noſmetipōs
leuamur. Ille itaq͡ȝ qui porcos pauit: va
gatiōe mētis ⁊ immūdicie ſub ſemetipſum
cecidit. Iſte vero quē angelꝰ ſoluit: eius
mentē in extaſim rapuit: extra ſe quidē: ſȝ
ſuper ſemetipm̄ fuit. Uterq͡ȝ ergo ad ſe re
diȷt: qn̄ ⁊ ille ab errore opis ſe collegit ad
cor: ⁊ iſte a contēplatōis culmine: ad hoc
rediȷt: qđ ī intellectu cōi vt priꝰ fuit. Ve-
nerabilis igit̄ Bn̄dictus ī illa ſolitudine
habitabat ſecū: inquātū ſe intra cogitatio
nis clauſtra cuſtodiuit. Nā quotienſcūq͡ȝ
hūc cōtēplationis ardor in altū rapuit: ſe
ꝓculdubio ſub ſe reliquit.

Petrus.

PLacet qđ dicis: ſȝ q̄ſo rn̄deas: ſi
deſererē fr̄es debuit q̄s ſel' ſuſcepit

### Gregorius:

VT ego petre existimo: ibi aduna-
ti equanimiter portādi sunt mali
vbi inuenuntꝰ boni? nā vbi oīmo-
do de bonis fructus deest: fit aliquādo de
malis labor vacuus: maxīe si e vicino cau
se suppetāt: que fructum deo valeāt ferre
meliorē. Vir itaqꝫ sanctus ꝓpter quē cu-
stodiendū staret: qui oēs vnanimiter se ꝑ
sequētes cerneret. Et sepe agitꝰ in corde
perfectoꝝ qḋ silentio p̄tereundū nō est vt
cuz laborē suū sine fructu esse cōsiderent:
in locū alium ad laborē cū fructu migrēt.
Unde ille quoqꝫ egregius p̄dicator: qui
dissolui cupit: et cum xp̄o esse: cui viuere
xp̄s est ⁊ mori lucrū: qui passionū certami
na nō solū ipse appetijt: sed ad toleranda
hec ⁊ alios accēdit. Damasci persecutio-
nē passus: vt potuisset euadere: murū: fu
nē sportāqꝫ quesiuit: seqꝫ latenter deponi
voluit. Nūquid nam paulū mortē dicimꝰ
timuisse: quā seipse ꝓ amore Jhesu testatꝰ
appetere. Sed cū in eodē loco minorē si-
bi fructū adesse cōspiceret: ⁊ graui labore
ad laborē se alibi cū fructu seruauit. For-
tis eteni preliator dei teneri intra claustra
noluit: certamīs campū quesiuit. Unde
īsdē quoqꝫ venerabilis Benedictus si li-
bēter audis: citius agnoscis: qꝛ viuus ip̄e
indociles deseruit: qui aliquātos in locis
alijs a morte anime suscitauit.

### Petrus.

ITa est vt doces ⁊ manifesta ratio
⁊ prolatū congruū testimoniū de-
clarat. Sed queso de vita tāti pa
tris ad narratiōis ordinē redeas.

### Gregorius.

CUm sanctus vir diu in eadē soli-
tudine virtutibus signisqꝫ succre
sceret: multi ab eo in eodē loco ad
oīpotentis dei sunt seruitiū cōgregati: ita
vt illic duodecim monasteria cū oīpoten
tis Jhesu xp̄i dn̄i opitulatiōe cōstrueret.
In quibꝰ statutis p̄ribus duodenos mo-
nachos deputauit: paucos vero secū reti
nuit: quos adhuc in sua p̄ntia ab eo erudi
ri iudicauit. Cepere etiā tūc ad eū Roma
ne vrbis nobiles ⁊ religiosi cōcurrere: su-
osqꝫ ei filios oīpotenti deo nutriēdos da-
re. Tūc quoqꝫ bone spei suas soboles Eu
ticiꝰ Maurū: Tertullius vero patricius
Placidū tradidit. E quibus Maurus iu
nior cū bonis polleret moribus magister:
adiutor cepit existere. Placidus vero pu
erilis adhuc indoliz gerebat annos.

## De monacho vagemētis ad sa- lutē reducto: Cap. V.

IN vno autē ex eis monasterijs
que circūquaqꝫ ꝯstruxerat: qui
dā monachus erat: qui ad ora
tionē stare nō poterat: sed mox
vt se fratres ad studiū oratōis inclinabāt:
ip̄e egrediebatur foras ⁊ mente vaga ter-
rena aliqua ⁊ transitoria gerebat. Cunqꝫ
ab abbate suo sepius fuisset admonitꝰ: ad
virū dei ductus est: qui ip̄e quoqꝫ stulciti
am eius vehemēter increpauit: ⁊ ad mo-
nasteriū reuersus: vix duobus diebus vi-
ri dei admonitionē tenuit. Nā die tertia
ad vsum propriū reuersus vagari tp̄e ora-
tiōis cepit. Qḋ cū seruo dei ab eodē mo-
nasterij patre quē cōstituerat: nūciatū fu-
isset: dixit: Ego venio: eūqꝫ per me emen
do. Cūqꝫ vir dei venisset ad monasteriū ⁊
cōstituta hora: expleta psalmodia sese fra
tres in orationē dedissent: aspexit qꝫ eun-
dē monachū qui manere in oratiōe nō po
tuit: quidā niger puerulus per vestimēti
fimbriā foras trahebat. Tunc eidē patri
monasterio Pompeiano noīe et Mauro
dei famulo secrete dixit: Nūquid nō aspi
citis: quis est qui istū monachū foras tra-
hit? Qui respōdentes dixerūt: Nō. Qui
bus ait: Oremus vt vos etiam videatis:
quē iste monachꝰ sequitꝰ. Cūqꝫ per biduū
esset oratū Maurus monachꝰ vidit: Pō
peianus vero eiusdē monasterij pater vi-
dere nō potuit. Die igitꝰ alia expleta orōe
vir dei oratoriū egressus stantē foris mōa
chū reppit: quē ꝓ cecitate cordis sui vir-
ga percussit. Qui ex illo die nil ꝑsuasio-
nis vlterius a nigro iā puerulo ꝑtulit: sed
ad orationis studiū immobilis permāsit.

Sicq antiqu⁹ hostis dominari nō ausus
est in eius cogitatiōe: ac si ipse ꝑcussus fu
isset ex verbere.

## De aqua quā in montis verti ce ex petra ꝓduxit: Cap. VI.

Ex his autē monasterijs que in
eodē loco cōstruxerat: tria sur
sum in rupibus mōtis erant: ⁊
erat fratrib⁹ laboriosum q̄ sem
per ad lacū oportebat descēdere: vt aquā
haurire debuissent: maxime qꝛ e diuexo
mōtis latere erat graue descēdentibus in
timore periculū. Tunc collecti fratres ex
eisdez tribus monasterijs ad dei famulū
Benedictū venerūt dicētes: Laboriosuz
nobis est ꝓpter aquā quotidie vsq ad la
cū descēdere: ⁊ iccirco necesse est ex eodē
loco monasteria mutari. Quos blāde cō
solatus dimisit: ⁊ nocte eadē cū paruo pu
erulo nomine Placido: cui⁹ superius me
moriā feci: eiusdē montis ascendit rupē:
ibiq diutius orauit. Et oratione cōpleta
tres petras in loco eodē pro signo posuit:
atq ad suū cunctis illic nesciētibus mo-
nasteriū redijt. Cunq die alia ad eū pro
necessitate aque p̄dicti fratres redijssent:
dixit: Ite ⁊ rupē illā in qua tres super in
uicē positas petras inueneritis: modicuz
cauate. Valet enī omipotens deus etiaz
in illo mōtis cacumine aquā producere:
vt vber laborē tanti itineris dignet̄ aufer
re. Qui eūtes rupem mōtis quam Bene
dictus p̄dixerat: iam sudantē inuenerūt.
Cunq in ea concauū locū fecissent: statiz
aqua repletus est: que tā sufficiēter ema-
nauit: vt nuncusq vbertim defluat: atq
ab illo montis cacumine vsq ad inferio-
ra deriuetur.

## De ferro ex profundo aque in manubrio retruso: Capitulū. VII.

Alio quoq tempe Gothus qui
dam pauper spiritu ad cōuer-
sionem venit: quē vir domini
Benedictus libētissime susce-
pit. Quadā vero die ei dare ferramentū
iussit: quod ad falcis similitudinē falca-
strum vocat̄: vt de loco quodā vepres ab
scinderet: quaten⁹ illic fieri hortus debe-
ret. Locus autē ipse quē mundandū Go
thus susceperat: super ipam lacus ripā ia
cebat. Cūq Gothus isdem densitatē ve-
priū totius virtutis annisu succideret: fer
rū de manubrio prosiliens in lacū cecidit
vbi tāta erat aquarū profunditas: vt spes
requirēdi ferramēti nulla iam esset. Ita-
q ferro perdito tremebūdus ad Maurū
monachū cucurrit Gothus damnū quod
fecerat nūciauit: ⁊ reatus sui egit peniten
tiā. Qd Maurus quoq monachus mox
Benedicto famulo dei curauit indicare.
Vir igitur dñi benedictus hec audiens:
accessit ad locū: tulit de manu Gothi ma
nubriū ⁊ misit in lacū: ⁊ mox ferrū de pro
fundo redijt: atq in manubriū intrauit.
Qui statim ferramentū Gotho reddidit.
dicēs: Ecce labora ⁊ noli cōtristari.

## De Mauro eius discipu- lo qui super aquas inscius cucurrit: Cap. VIII.

Quadā vero die dū isdem vene
rabilis Benedictus in cellā cō
sisteret: predictus Placid⁹ pu
er sancti viri monach⁹ ad hau-
riendā de lacu aquam egressus est. Qui
vas quod tenuerat: in aquā incaute sub-
mittens: ipe quoq cadendo secutus est.
Quē mox vnda rapuit: ⁊ pene vnius sa-
gitte cursum euz a terra introrsus traxit.
Vir autē dei intra cellā positus: hoc pro-
tinus agnouit: ⁊ Maurū festine vocauit:
dicens: Frater Maure curre: quia puer
ille qui ad hauriendā aquā perrexerat: in
lacū cecidit. Iamq eū longius vnda tra-
hit: res mira: ⁊ post Petrū apostolū inusi
tata: benedictione etenim postulata atq
percepta: ad patris sui imperiū concitus
perrexit Maurus: vsq atq ad eū locū:
quo ab vnda ducebatur puer: per terram
se ire existimans: super aquam cucurrit:
eumq per capillos tenens: cursu rapido

rediJt. Qui mox vt terrā tetigit: ad se re-
uersus post tergū respexit. Et qꝛ sup aq̄s
cucurrisset: agnouit: ⁊ qđ presumere non
potuit vt fi ret: miratus extremuit factum
Reuersus itaqꝫ ad patrē rem gestā retu-
lit. Uir autē venerabilis Benedictꝰ hoc
nō suis meritis: sed illius obediētie depu
tare cepit. At cōtra maurus ꝓ solo eiꝰ im
perio factū dicebat: seqꝫ consciū in illa vir
tute nō esse ꝙ nesciꝰ fecisset. In hac itaqꝫ
mutua humilitatis ⁊ amica contentione
accessit arbiter puer: qui ereptus est: qui
⁊ dicebat. Ego cū ex aqua traherer: super
caput meū melotē abbatis videbā atqꝫ ip
sum me ex aquis educere considerabam.

## De infecto per venenū pane per coruum longius proiecto. Capitulum. IX.

Petrus.

MAgna sunt valde que dicis et
multorū edificationi ꝓ futura.
Ego autē boni viri miracula:
quo plus bibo: eo plus sitio.

Gregorius.

CUm iam loca eadē in amorē dei
domini nostri iesu christi lōge la-
teqꝫ feruescerēt: ⁊ secularē vitam
multi relinquerent: ⁊ sub leui redēptoris
iugo ceruicē cordꝭ edomarēt. Sicut mos
prauorū est: inuidere alijs virtutibus bo
norū: quas ipsi habere nō appetunt: vici
ne ecclesie presbyter Florētinus noīe hu
ius nostri subdyaconi Florētij auus: anti
quus hostis: malicia perculsus: facta san-
cti viri cepit emulari: eiusqꝫ cōuersationi
derogare: quosqꝫ etiā posset: ab illius visi
tatione cōpescere. Cūqꝫ iam se cōspiceret
eius ꝓfectibus obuiare nō posse: ⁊ cōuer
satiōis illius opinionē crescere: atqꝫ mul
tos ad statum vite melioris: ipso quoqꝫ
opinionis eius preconio indesinēter voca
ri: īuidie facibꝰ magis magisqꝫ succēsus:
deterior fiebat: quia cōuersationis illius
appetebat habere laudē: sed habere lau-
dabilē vitam nolebat. Qui eiusdem inui
die tenebris cecatus: ad hoc vsqꝫ ꝑductꝰ
est: vt seruo omnipotētis dei infectum ve
neno panē quasi pro benedictiōe trāsmit
teret. Quē vir dei cū gratiarūactione su-
scepit: sed eū que pestis lateret in pane:
nō latuit. Ad horā vero refectionis illiꝰ:
ex vicina silua coruus venire ꝯsueuerat ⁊
panem de manu eius accipe. Qui cū mo
re solito venisset: panē quē presbyter trās
miserat: vir dei ante coruū ꝓiecit eiqꝫ pre
cepit: dicens: In nomine iesu christi dn̄i
nostri tolle hūc panē ⁊ tali eū in loco pro-
ijce: vbi a nullo hominū possit inueniri.
Tunc coruus aperto ore: expansis alis:
circa eum panē cepit discurrere ⁊ crocita-
re: ac si aperte diceret: ⁊ obedire se velle:
⁊ tamen iussa implere non posse. Cui vir
domini precipiebat iterū atqꝫ iterum: di-
cēs: Leua: leua securus: atqꝫ ibi proijce:
vbi inueniri nō possit. Quē diu coruus
demoratus: quā doqꝫ coruus momordit:
leuauit ⁊ recessit. Post triduū vero hora
rum spacio: abiecto pane rediJt: ⁊ de ma-
nu hominis dei annonā: quā cōsueuerat:
accepit. Uenerabilis autē pater cōtra vi-
tam suā inardescere sacerdotis animū vi-
dens: illi magis ꝙ sibi doluit. Sed predi
ctus florentinus: quia magistri corpꝰ ne-
care nō potuit: se ad extinguēdas discipu
lorū animas accēdit: ita vt in horto celle
cui Benedictus inerat: ante eorū oculos
nudas septē puellas miserat: que coram
eis sibiinuicē manus tenētes ⁊ diutiꝰ lu-
dentes: illorū mētes ad peruersitatē libi-
dinis inflāmarent. Qđ vir sanctꝰ de cel-
la conspiciēs: lapsumqꝫ adhuc tenerīori-
bus discipulis ꝑtimescens. Idqꝫ pro sua
solius fieri persecutiōe pertractans: inui-
die locū dedit: atqꝫ oratoria ⁊ cuncta que
cōstruxerat: substitutis prepositis: adiun-
ctis fratribus ordinauit ⁊ paucis secū mo
nachis ablatis: habitationē mutauit loci
Sicqꝫ vir dei eius odia humiliter decli-
nauit: quē omnipotēs deus terribiliter ꝑ
cussit. Nā cum predictus presbyter stans
in solario Benedictū discessisse cognosce
ret ⁊ exultaret: ꝑdurante īmobiliter tota
domus fabrica: hoc ipsum tm̄ in quo sta-
bat: solarium cecidit: ⁊ Benedicti hostē

conterēs:extinxit: qđ viri dei discipulus
Maurus venerabili patri Benedicto: q̃
adhuc a loco eodē vix decē miliaribꝰ ab-
erat:estimauit esse nūciandū dicens: Re-
uertere: quia presbyter qui te perseque-
bat:extinctus est. Qđ vir dei Benedictꝰ
audiens: sese in grauibus lamentatiōibꝰ
dedit. Uel quia inimicus occubuit. Uel
quia de inimici morte discipulus exulta-
uit. Qua de re factū est: vt eidē quoqꝫ di-
scipulo penitentiā īdiceret: ꝙ taliter gau
dere de inimici interitu p̄sumpsisset.

Petrus.

MIra sunt ꝛ multū stupēda: que di
cis. Nam in aqua ex petra ꝓdu-
cta Moysen: in ferro vero quod
ex ꝓfundo aque rediјt: Helyzeū: in aque
itinere Petrū: in corui obediētia Helyā
in luctu aūt mortꝭ inimici Dauid video:
vt perpendo: vir iste spiritu iustoꝝ omni-
um plenus fuit:

Gregorius.

VIr dei Benedictus Petre vnius
spiritū habuit: qui per cōcesse re-
demptiōis gratiā electorū corda
omniū impleuit: de quo Johānes dicit:
Erat lux vera: que illuminat omnē homi
nē venientē in mūdū. De qua rursus scri
ptū est: de plenitudine eius nos om̄es ac
cepimus. Nam sancti dei hom̄es potue
rūt a dn̄o virtutes habere: nō etiam alijs
tradere. Ille aūt signa virtutis dedit sub
ditis: qui se daturū signū Jone ꝓmisit: in
imicis vt corā superbis mori dignaret̄: co
ram humilibꝰ resurgere: quatenꝰ ꝛ illi vi
derēt quod cōtempnerent: ꝛ isti quod ve
nerātes amare debuissent. Ex quo myste
rio actū est: vt dū superbi aspiciūt despe-
ctum mortis: humiles cōtra mortē accipe
rent gloriā potestatis.

Petrus.

QUeso te: post hec ad que loca vir
sanctus migrauerit. Uel si aliq̄s
in eis virtutes postmodū ostende
rit: innotesce.

Gregorius.

SAnctus vir ad alia migrās: locū:
non hostem mutauit. Nam tanto
post grauiora p̄lia pertulit: quan
tum cōtra se aperte pugnantē ipm mali-
tie magistrū inuenit. Castrū nanqꝫ: quod
Cassinū dicit̄: in excelsi montis latere si-
tum est: qui videlicet mons dilcēso sinu
hoc idem castrū recipit. Sed per tria mi-
liaria in altū se subrigēs: velut ad aera ca
cumen tendit: vbi vetustissimū fanū fuit:
in quo ex antiquoꝝ more gentiliū: a stul-
to rusticoꝝ populo appollo colebat̄. Cir-
cūquaqꝫ etiā in cultu demonū luci succre
uerāt: in quibus adhuc eodē tempe infi-
deliū insana multitudo sacrificijs sacrile-
gis insudabat. Illuc itaqꝫ vir dei veniēs
contriuit ydolū: subuertit arā: succidit lu
cos: atqꝫ in ipo templo apollinis: oraculū
sancti Johānis cōstruxit: ꝛ cōmorantē cir
cūquaqꝫ multitudinē predicatiōe ꝯtinua
ad fidē vocabat. Sed hec antiquꝰ hostis
tacite nō ferens: nō occulte vel per som-
niū: sed aperta visione eiusdem patris se
oculis ingerebat: ꝛ magnis clamoribus
vim se perpeti conquerebat̄: ita vt voces
illius etiā fratres audirēt quāuis imagi-
nē minime cernerēt. Ut enī discipulis su-
is venerabilis pater dicebat: corꝑalibus
eius oculis idē antiquus hostis deterri-
mus et succensus apparebat: ꝙ in eū ore
oculisqꝫ inflammatis seuire videbat̄: iam
vero que diceret: audiebant om̄es: prius
enim hūc vocabat ex noīe. Cui cū vir dei
minime respōderet: ad eius mox cōtume
lias erūpebat. Nam cū clamaret dicens:
Benedicte benedicte: ꝛ eū sibi nullomo-
do respōdere conspiceret: ꝯtinus adiun-
gebat: maledicte nō benedicte: q̄d mecuꝫ
habes quid me persequeris? Sed iā nūc
expectanda sunt cōtra dei famulū antiqui
hostis noua certamina: cui pugnas qui-
dem volens intulit: sed occasionē victo-
rie ministrauit inuitus.

De ingenti saxo: per eius
orationem leuiato:
Capitulū. X.

Quadam die dū fratres habitacula eiusdē celle construerent: lapis in medio iacebat: quē in edificiū leuare decreuerūt. Cūq̄ eū duo vel tres mouere nō possent: plures adiūcti sunt: sed ita imobilis māsit: ac si radicitꝰ in terra teneret̄: vt palā daret̄ intelligi: q̄ sup̱ eū ipse ꝑ se antiquus hostis sederet: quē tantorū virorū manꝰ mouere nō possent. Difficultate igit̄ facta ad virū dei missum ē. vt veniret ⁊ orādo hostē repelleret vt lapidē leuare possent. Qui mox venit ⁊ orationē faciēs: benedictionē dedit ⁊ tanta lapis celeritate leuatus ē: ac si nullū priꝰ pōdus habuisset.

## De phantastico coquine incēdio. Cap. XI.

Tunc in conspectu viri dei placuit: vt in eodē loco terra foderetur. Quā dū fodēdo altiꝰ penetrarēt: ereū illic ydolū fratres inuenerūt. Quo ad horā casu in coquinā proiecto: exire ignis repēte visus est. atq̄ in cunctorū monachorū oculis: q̄r oē eiusdem coquine edificiū consumeret̄: ostendit. Cūq̄ ad faciendā aquā: ad ignē quasi extinguendū perstreperēt: pulsatus eodem tumultu vir dei aduenit. Qui eundē ignē in oculis fratrū esse: in suis vero nō esse considerās: caput ꝓtinus ad orationē flexit ⁊ eos quos fantasmatico repperit igne deludi: vocauit fratres ad oculos suos vt ⁊ sanū illud coquine edificiū assistere cernerēt ⁊ flāmas quas antiquꝰ hostis fraxerat nō viderēt.

## De puerulo monacho ruina parietis confracto et sanato. Cap. XII.

rexere igit vtriq; ad affricā. Procedente
autē regis genero: qui eius filiū habebat
rogatura se obtulit ac prius petijt vt ei fi
liū donare debuisset. Qd cū vir barbarꝰ
typo superbie turgidus: gaudio transito-
rie ꝓsperitatis inflatus: non solū facere:
sed etiā audire despiceret: vidua subiūxit
dicens: Ecce hūc hominē pro eo vicariū
prebeo: ꝛ solūmodo pietatē in me exhibe
mihiq; vnicū filiū redde. Cū ille venusti
vultus hominē cōspexisset: quā artē nos-
set: inquisiuit. Cui vir dei Paulinus re-
spondit dicēs: Artē quidē aliquā nescio:
sed hortū bene excolere scio. Qd vir gen
tilis valde libēter accepit: cū in nutrien-
dis oleribus: quia peritus esset: audiuit.
Suscepit itaq; seruū: ꝛ rogāti vidue red-
didit filiū. Quo accepto vidua ab affrica
na regione discessit: Paulinus vero exco
lēdi horti suscepit curā. Cumq; idē regis
gener crebro īgrederet hortū: suūq; horti
lanū requireret: sapientē valde esse homi
nē videret: amicos cepit familiares dese-
rere: ꝛ sepius cū suo hortulano colloqui:
atq; eius sermōibus delectari. Cui Pau
linus quotidie ad mēsam olera virētesq;
herbas deferre cōsueuerat: ꝛ accepto pa-
ne ad curā horti remeare. Cūq; hoc diuti
us ageret: quadā die suo domino secū se-
cretius loquēti ait: Vide quid agas. Et
Vandaloꝝ regnū qualiter disponi debe-
at prouide: quia rex citius ꝛ sub omi cele
ritate est moriturus. Qd ille audiēs: qꝛ
ab eodē rege pre ceteris diligebat: ei mi-
nime tacuit. Sed qd a suo hortulano sa-
piente scz viro agnouisset: īdicauit. Qd
dū rex audisset: ilico respōdit. Ego vellē
hūc: de quo loqueris: hoīem videre. Cui
gener eius venerabilis Paulini tempa-
lis dñs respondit dicens: Virentes her-
bas mihi ad prandium deferre cōsueuit.
Has itaq; ad mensam eū deportare facio
vt quis sit qui mihi hec est locutus: agno
scas. Factūq; est ꝛ dum rex ad prandiū di-

scubuit: Paulinꝰ ex suo opere olera que
qꝫ et virentia delaturus aduenit. Cunqꝫ
hunc rex subito cōspexisset: intremuit at-
qꝫ accersito eius domino sibi per filiā pro
pinquo ei secretū: quod prius abscōderat
indicauit dicens: Uerū est quod audisti.
Nam nocte hac in somnio sedētes in tri-
bunalibus contra me iudices vidi: inter
quos iste etiā sedebat: ⁊ flagellū quod ali
quando acceperā: eorū mihi iudicio tolle
batur: sed percūctare: quis nam sit. Nam
ego hūc tanti meriti virū popularē: vt cō
spicitur nō esse suspicor. Tunc regis ge-
ner secreto Paulinū tulit: quisnā esset in
quisiuit. Cui vir domini respōdit: Ser-
uus tuus sum: quē pro filio vidue vicariū
suscepisti. Cūqꝫ instanter ille requireret:
vt non quis iam esset: sed quis in sua ter-
ra fuisset: indicaret: atqꝫ hoc ab eo itera-
tione frequens inquisitionis exigeret: vir
domini constrictus magnis coniuratiōi-
bus iam nō valens negare quid esset: epi
scopū se fuisse testatus est. Quod posses-
sor eius audiēs: valde pertimuit: atqꝫ hu
militer obtulit: dicens: Pete quod vis:
quatenus ad terram tuam a me cum ma-
gno munere reuertaris. Cui vir domini
Paulinus ait: vnū est quod mihi impen
dere beneficiū potes: vt omnes ciuitatis
mee captiuos relaxes. Qui cuncti proti-
nus in affricana regiōe requisiti: cū onu-
stis frumēto nauibus pro venerādi Pau
lini viri satisfactiōe: in eius comitatu la-
xati sunt. Post nō multos vero dies Uā
dalorū rex occubuit: ⁊ flagelluz: quod ad
suaz perniciē dispensante deo: pro fideliū
disciplina acceperat: amisit. Sicqꝫ factū
est: vt omīpotens dei famulus Paulinꝰ
vera prediceret: ⁊ qui se in seruitiū solum
tradiderat: cū multis a seruitio ad liberta
tem rediret: illū videlicet imitatꝰ: qui for
mā serui assumpsit: ne nos essemus serui
peccati. Cuiꝰ sequēs vestigia Paulinus
ad tempus volūtarie seruus factus est so
lus: vt esset postmodū liber cū multis.

Petrus.

QUam me audire cōtingit qđ imita
ri non valeo: flere magis libet: q̄
aliquid dicere.

Gregorius.

DE cuius etiā morte apud eius ec-
clesiā scriptū est: quia cum dolore
essꝫ lateris tactus ad extrema per
ductus est. Dumqꝫ eius omīs domus in
sua soliditate psisteret: cubiculū: quo ia-
cebat eger: facto terremotu contremuit:
omnesqꝫ qui illic aderāt: nimio terrore cō
cussit: sicqꝫ sancta illa anima carne soluta
est. Factūqꝫ est vt magnus pauor inuade
rēt eos: qui Paulini mortē videre potu-
issent. Sed quia hec quā superius dixi:
Paulini virtus valde est intimata: nunc
si placet: ad miracula exteriora veniamꝰ:
que et multis iam nota sunt: ⁊ ego tā re-
ligiosorū viroꝝ relatiōe didici: vt de his
omīmodo ambigere nō possim.

## De sancto Johanne papa: Capitulū. II.

GOthoꝝ tempore dū Johānes
vir beatissimus huiꝰ Romane
ecclesie pontifex: ad Justinū se
niorem principez pergeret: in
Chorinthi partes aduenit. Cui neces-
se fuit vt in itinere ad sedendū: equꝰ requi
ri debuisset. Q̄ illic quidā vir nobilis au
diens: equū in quo pro magna māsuetu-
dine eius coniūx sedere cōsueuerat: ita ei
obtulit vt cū ad loca alia peruenīēti aptꝰ
equus potuissꝫ inueniri: deberet ille quē
nobilis vir dederat: propter suā coniugē
trāsmitti. Factūqꝫ est: ⁊ vsqꝫ ad certū locū
predictus vir equo eodē subuehente per-
ductus est. Qui mox vt aliū repperit: il-
lum quē acceperat transmittit. Cunqꝫ in
eo predicti nobilis viri coniunx sedere ex
more voluisset: vltra non valuit. Quia
post possessionē tanti pontificis: mulierē
ferre recusauit. Cepit nāqꝫ immenso fla-
tu ⁊ fremitu: atqꝫ incessanti totius corpo-
ris motu: quasi despiciēdo prodere: quia
post membra pontificis mulierē ferre non
posset. Q̄ vir eius prudenter intuitus:

hunc eundē venerabilē virū protinus re-
misit: magnis precibꝰ petēs: vt equū ipse
possideret: quē iuri suo sedēdo dedicasset.
De quo etiā illud mirabile a nostris seni-
oribus narrari solet: quod in cōstantino-
politana vrbe ad portam que vocatur au-
rea veniens: populoꝝ turbis sibi occurrē-
tibus in cōspectu omniū roganti ceco lu-
men reddidit: ⁊ manu superimposita ocu-
loꝝ tenebras fugauit.

## De sancto Agapito papa: Capitulū. III.

Post non multū vero temporis
exigēte causa Gothoꝝ: vir quo-
qꝫ beatissimus Agapitus huiꝰ
sancte Romane ecclesie ponti-
fex: cui deo dispēsante deseruio: ad Justi-
nianū principē accessit. Cui adhuc pergē-
ti quadā die in greciarū iam partibus cu-
rādus oblatus est mutus ⁊ claudus: qui
neqꝫ vlla verba edere: neqꝫ ex terra vnqꝫ
surgere valebat. Cumqꝫ hūc ꝓpinqui il-
lius flētes obtulissent: vir dn̄i sollicite re-
quisiuit: an curatiōis illius haberēt fidē?
Cui dū in virtute dei ex auctoritate Pe-
tri: fixā salutis illius spem habere se dice-
rent: ꝓtinus venerādus vir oratiōi incu-
buit: ⁊ missarū solēnia exorsus: sacrificiū
in cōspectu dei om̄ipotentis immolauit.
Quo peracto ab altari exiēs: claudi ma-
nū tenuit: atqꝫ assistēte ⁊ aspiciēte popu-
lo eū mox a terra ꝓprijs gressibus erexit.
Cūqꝫ ei dominicū corpus in os mitteret:
illa diu muta ad colloquendū lingua solu-
ta est. Mirati oēs: flere pre gaudio cepe-
rūt: eorūqꝫ mentes illico metus ⁊ reuerē-
tia inuasit: cū videlicet cernerēt: que aga-
pitus facere in virtute domīi ex adiutorio
Petri potuisset.

## De Datio Mediolanensiū episcopo: Cap. IIII.

Eiusdē quoqꝫ principis tp̄e cū
Datiꝰ mediolanēsis vrbis ep̄s
causa fidei exactus ad cōstanti-
nopolitanā vrbē pergeret: cori-
thū deuenit. Qui dū largā domū ad ho-
spitandū quereret: que comitatū illius to-
tū ferre potuisset ⁊ vix inueniret: aspexit
eminus domū cōgruentis magnitudinis
eāqꝫ sibi preparari ad hospitandū iussit. Cū-
qꝫ eiusdē loci incole dicerēt: in ea hūc ma-
nere nō posse. Quia multis iā annis hāc
dyabolus inhabitaret: atqꝫ ideo vacua re-
māsisset: vir venerabilis Datius respōdit
dicēs: Immo ideo hospitari in domo ea-
dē debemus: si hāc spūs malignus inua-
sit: ⁊ ab ea hoīm hospitationē repulit. In
ea sibi igit̄ parari precepit: securusqꝫ illā
antiqui hostis certamīa toleraturꝰ intra-
uit. Itaqꝫ intempeste noctis silētio cū vir
dei quiesceret: antiquꝰ hostis īmensis vo-
cibus magnisqꝫ clamoribus cepit imitari
rugitus leonū: boatus pecoꝝ: ruditus asi-
noꝝ: sibulos serpentū: porcoꝝ stridores ⁊
soricū: tūc repente Datius tot bestiaꝝ vo-
cibus excitatus: surrexit vehementer ira-
tus: ⁊ contra antiquū hostē magnis cepit
vocibus clamare dicēs: Bene tibi ꝯtigit
miser. Tu ille es qui dixisti: ponā sedem
meā ad aquilonē: ⁊ ero similis altissimo.
Ecce per superbiā tuā porcis ⁊ soricibꝰ si-
milis factus es: ⁊ qui imitari deū indigne
voluisti. Ecce vt dignus es: bestias imi-
taris. Ad quā eius vocē: vt ita dicā: deie-
ctionē suā spūs malignus erubuit: an nō
erubuit? Qui eandē domū ad exhibenda
mōstra que cōsueuerat: vlterius nō intra-
uit Sicqꝫ postmodū fideliū habitaculū fa-
cta est. Nā dū eā vnus veraciter fidelis ī-
gressus est: ab ea ꝓtinus mēdax spūs at-
qꝫ infidelis abscessit. Sed oportet iam vt
priora taceamꝰ: ad ea que diebus nostris
sunt gesta veniendū est.

## De Sabino Canusine vrbis episcopo: Capitulū. V.

Quidā enī religiosi viri Appu-
lie ꝓuintie ptibus cogniti hoc
qd̄ apud multoꝝ notitiā longe
lateqꝫ crebuit: de Sabino ca-
nusine vrbis ep̄o testari solēt: qꝛ idem vir
lōgo iā senio oculoꝝ lumē amiserat: ita vt
oīmodo nil videret. Quē rex Gothoꝝ to-
tila ꝓphetie habere spiritū audiēs minime

credidit: sed ꝓbare studuit: qđ audiuit.
Qui cū in eisdē partibus deuenisset: hūc
vir dñi ad prandiū rogauit. Cūq iam vē
tū esset ad mensam: rex discūbere noluit:
sed ad Sabini venerabilis viri dexterā se
dit. Cū vero eidē patri puer ex more vini
poculū preberet: rex silenter manū tetēdit
calicē abstulit: eū per se epō vice pueri p̄
buit vt videret: an spū ꝓuidentie discer
neret quis ei poculū p̄beret. Tūc vir dei
accipiēs calicē: sed tamen ministrū nō vi
dēs dixit: Uiuat ipa manus. De quo ver
bo rex letus erubuit: qꝛ quāuis ipse dep̄
hensus: in viro tñ dei qđ querebat: inue
nit. Huius aūt venerabilis viri, cū ad exē
plū vite sequentiū in longū seniū vita tra
heret: eius archidyaconꝰ ambitiōe adipi
scendi epatus accensus: eū extinguere ve
neno molitus est. Qui cū vinifusoris ani
mū corrupisset vt mixtū vinuz veneno si
bi poculū preberet: refectiōis hora cū iaz
vir dei ad edendū discūberet: ei premijs
corruptus puer hoc: qđ ab archidyacono
eius acceperat: veneni poculum obtulit.
Cui statim venerabilis epūs dixit: Bibe
tu hoc: qđ mihi bibendū prebes. Treme
factus puer deprehēsum se esse sentiens:
maluit moriturus bibere q̄ penas ꝓ illa
tanti homicidij culpa tolerare. Cūq sibi
ad os calicē duceret: vir dñi cōpescuit di
cens: Non bibas: da mihi: ego bibo: sed
vade dic ei qui tibi illud dedit. Ego qui
dem venenū bibo: sed tu eps nō eris. Fa
cto igit̃ signo crucis venenū epūs bibit se
curus. Eadēq hora in loco alio quo ine
rat archidyaconꝰ eius defunctus est: ac
si per os epi ad archidyaconi viscera illa
venena trāsissent. Cui tamen ad inferen
daz mortē venenū quidē corporale defuit
sed hūc in cōspectu eterni iudicis venenū
sue malicie occidit.

### Petrus.

MIra sunt hec ⁊ nostris valde stu
penda temporibus: sed talis eius
dem viri vita perhibet: vt qui cō
uersationē eius agnouerit: virtutem non
debeat mirari.

## De Cassio Narniensis ciuitatis episcopo: Capitulū. VI.

### Gregorius.

NEq hoc Petre sileā q̄ multē
nūc qui hic de Narniensi ciui
tate assunt: mihi sedulo testifi
cant. Eodem nāq Gothorum
tempore cū prefatus rex Totila: Narnias
venisset: vir vite venerabilis Cassius eiꝰ
vrbis episcopus occurrit. Cui quis ex cō
spersiōe semper facies rubere cōsueuerat
hoc rex Totila non cōspersionis esse cre
didit: sed assidue potatiōis: eūq oīmodo
despexit. Sed oīpotens deus: vt quā
tus vir esset: qui despiciebat: ostenderet
in Narniensi cāpo quo rex aduenerat ma
lignus spiritus corā oīni exercitu eiꝰ spa
tariū inuasit: eūq vexare crudeliter cepit
Qui cū ante regis oculos ad venerandū
virū Cassiū fuisset adductꝰ: hūc ab eo vir
dñi in oratiōe facta signo crucis expulit.
Qui in eū ingredi vlterius nō p̄sumpsit.
Sicq factū est vt rex barbarus seruuz dei
ab illo iaz die veneraret ex corde: quē de
spectū valde iudicabat ex facie. Nā quia
virū tante virtutis vidit: erga eū illa mēs
effera ab elatiōis fastu detumuit.

## De Andrea Fundane vrbis episcopo: Cap. VII.

SEd ecce dū facta fortiū virorū
narro: repente ad memoriā ve
nit quid erga Andreā Funda
ne ciuitatꝫ episcopū diuina mi
sericordia fecerit. Qđ tñ ad hoc legētibꝰ
vt valeat: exopto: qtñs qui corpus suū cō
tinētie dedicāt: habitare cū femīs nō p̄su
māt: ne ruina mēti tāto repētia surripiat
q̄to ad hoc qđ male ꝯcupiscit: etiā p̄ntia
cōcupi te forme famulat. Nec res est du
bia: quā narro: qꝛ pene tāti in ea testes s̄t
q̄ti ⁊ eiusdē loci hītatores existūt Hic nā
q venerabilꝭ vir cū vitā multis plenā vir
tutibꝰ duceret: seq sub sacdotali custodia
in ꝯtinētie arce custodiret. Quādā sancti
monialē feminā quā, secū priꝰ habuerat:
noluit ab epīj sui cura repellere: sed certꝰ

de sua eiusqꝫ continētia: secū hanc permi
sit habitare: ex qua re actū est vt antiquꝰ
hostis apud eius animū aditū tētationis
exquireret. Nam cepit speciē illiꝰ oculis
mētis eius imprimere: vt illectꝰ nephan
da cogitaret. Quadā vero die Judeꝰ q̄-
dam ex cāpanie ꝑtibus Romā veniēs ap
pie carpebat iter. Qui ad fundanū ciuez
perueniens: cuz iā diē vesperascere cerne
ret: ⁊ quo declinare posset: minime reppe
riret: iuxta appollinis templuz fuit. ibiqꝫ
se ad manendū cōtulit. Qui ipsum loci il
lius sacrilegiū pertimescēs. quāuis fidez
crucis minime haberet: signo tamē se cru
cis munire curauit. Nocte autē media ip
so solitudinis pauore turbatus: peruigil
iacebat ⁊ repente conspiciēs vidit malig-
norū spirituū turbā quasi in obsequiū cu-
iusdā potentis preire. Eū vero qui ceteris
preerat: in eiusdē gremio loci consedisse.
Qui cepit singulorū spirituum obsequen
tium sibi causas actusqꝫ discuttere: quate
nus vnusquisqꝫ quantū nequitie gessissz:
inueniret. Cūqꝫ singuli spūs ad inquisiti-
onē eius exponerēt: quid operati contra
bonos fuissent: vnus in mediū prosiliuit:
qui in Andree episcopi animo per speciē
sanctimonialis femine que in ep̄io eiꝰ ha
bitabat quantā tētationē carnis cōmouis
set: aperuit. Cū vero hoc malignꝰ qui pre
erat spūs: inhiāter audiret: ⁊ tāto sibi fac-
tum lucrū grāde crederet: quāto sanctio-
ris viri aīam ad lapsum ꝑditionis inclia-
ret. Jlle spūs qui hec eadē fatebat: adiun
xit qz vsqꝫ ad hoc quoqꝫ die preterito ve
spertina hora eius mentē traxerit vt iter-
ga eiusdem sanctimonialis femine blādi-
ens alapam daret. Tunc malignus spūs
atqꝫ humani generis antiquus inimicus
exhortatus hunc blande est vt perficeret
qd̄ cepisset quatenus ruine illius singula
rem inter ceteros palmam teneret. Cūqꝫ
iudeus qui aduenerat: hoc vigilans cer-
neret ⁊ magne formidinis anxietate pal-
pitaret: ab eodem spiritu qui cunctis illic
obsequentibus preerat: iussum est vt req̄-
rerent quisnam esset ille: qui iacere in tē-
plo eodem presumpsisset. Quē maligni
spiritus pergentes ⁊ subtilius intuentes
crucis mysterio signatum viderunt: mirā
tesqꝫ dixerunt. Ve ve vas vacuū ⁊ signa-
tum. Quibus hoc renunciātibus cuncta
illa malignorū spirituum turba disparuit
Judeus vero qui hec viderat ilico surre-
xit atqꝫ ad episcopū sub festinatione ꝑue-
nit. Quē in ecclesia sua repperiēs seorsuz
tulit: qua tētatione vrgeretur: inquisiuit.
Cui confiteri episcopus tētationem suam
verecūdatus: noluit: cuz vero ille diceret
ꝙ in illa tali dei famula praui amoris ocu
los inietisset. atqꝫ adhuc episcopus nega
ret: adiunxit dicens. Quare negas quod
inquireris qui ad hoc vsqꝫ vespere hester
no die perductus es vt posteriora illiꝰ ala
pa ferires. Ad que nimirū verba depre-
hensum se episcopꝰ sentiēs humiliter cō-
fessus est quod prius ꝑtinaciter negauit.
Cuius ruine ⁊ verecūdie isdē iudeus con
sulens qualiter hoc cognouisset vel que ī
cōuentu malignorū spirituū de eo audis-
set: indicauit. Q̄d ille agnoscēs se ad ter
ram ꝓtinus in orationem dedit moxqꝫ de
suo habitaculo non solū eandez dei famu
lam: sed omnem quoqꝫ feminam que ī eis
illic obsequio habitabat: expulit. Jn eo-
dez vero templo appollinis beati andree
apostoli repente oratoriū fecit: atqꝫ omni
illa tētatione carnis funditus caruit. Ju-
deum vero cuius visione atqꝫ increpatio-
ne saluatus est ad eternam salutē traxit.
Nam sacramentis fidei imbutum atqꝫ aq̄
baptismatis emundatū: ad sancte ecclesie
gremiū perduxit. Sicqꝫ factum est vt he-
breus isdem dum saluti aliene consuluis-
set: perueniret ad suam vt omnipotēs de-
us inde alterum ad bonam vitā perduce-
ret. vnde in bona vita alterum custodis-
set.

Petrus.

Res gesta quā audiui ⁊ metū mihi
prebet ⁊ spem.

Gregorius.

VTiq; sic oportet ⁊ de dei nos sem
per miseratiōe confidere: ⁊ de no
stra infirmitate formidare. Ecce
enī paradisi cedrū concussam audiuimꝰ:
⁊ nō euulsam: quatenꝰ infirmis nobis: ⁊
de eius cōcussione nascat̃ timor: ⁊ de eiꝰ
stabilitate fiducia.

De Constantio Aquine ciui-
tatis episcopo: Cap. VIII.

VIr quoq; venerabilis vite Cō
stantius: Aquine ciuitatis epi
scopus fuit. Qui nuper prede
cessoris mei tempe beate mēo-
rie Johānis pape defunctus est: hūc pro
phetie habuisse spiritū multi testant̃: qui
eū familiariter scire potuerūt. Cuiꝰ inter
multa hoc ferunt religiosi veracesq; viri:
qui p̄sentes fuerūt ꝙ in die obitus sui cū
a circūstantibus ciuibus: vtpote discessu-
rus pater tā amabilis amarissime plāge-
ret: eū flendo requisierūt dicentes: Quē
post te patrē habebimꝰ? Quibus ip̄e per
ꝓphetie spiritū respondit dicens: Post
Constantiā mulionē: post mulionē ful-
lonē. O tu aquina hos habes. Quibus
ꝓphetie verbis editis vite spiritū exala-
uit extremū. Quo defuncto eius ecclesie
pastoralē suscepit curā Andreas dyaco-
nus illius: qui quondā in stabulis itineꝝ
cursuz seruabat equoꝝ: atq; illo ex hac vi
ta subducto ad episcopatus ordinē Jobi-
nus accersitus est: qui in eadē vrbe ful-
lo fuerat. Quo adhuc superstite: ita cūcti
inhabitatores ciuitatis illius: barbarorū
gladijs ⁊ pestilētie īmanitate vastati sūt:
vt post mortē illius ne quis Epūs fuerit:
nec quibus fieret inueniri potuisset. Sic
itaq; cōpleta est viri dei sententia: quate-
nus post decessuz duoꝝ se sequentiū eius
ecclesie pastorē minime haberet.

De Frigidiano Lucane ciui
tatis episcopo: Capi. IX.

SEd neq; hoc sileā: qđ narrāte
viro venerabili Venātio Lu-
nensi episcopo: me ante biduū
cōtigit agnouisse. Lucane ec-
clesie sibimet ꝓpinque fuisse: mire virtu-
tis virū Frigidianū nomie narrat episco-
pū: cuius hoc inopinatissimū a cūctis illic
habitantibus testat̃ memorari miraculū.
Quod anseris fluuius qui iuxta illius vr-
bis muros influebat sepe inundatiōe fa-
cta cursus sui alueū egressus per agros
diffundi ꝯsueuerat: ⁊ quecūq; sata ac plā
tata reppererat: euertebat. Cūq; hoc cre-
bro fieret: ⁊ magna eiusdē loci incolas ne
cessitas vrgeret: dato studio operis eū per
loca alia deriuare conati sunt. Sed quā-
uis diutius laboratū fuisset: a proprio al-
ueo deflecti nō potuit. Tunc vir dn̄i Fri
gidianus rastrū sibi paruulū fecit: ad alue
um fluminis accessit: ⁊ solus oratiōi incu
buit: atq; eidē flumini precipiēs vt seque
ret̃: per loca queq; vt ei visa sunt: rastruz
per terrā traxit. Quē relicto alueo ꝓprio
tota fluminis aqua secuta est: vt funditus
locū cōsueti cursus desereret: ⁊ ibi sibi al-
ueū: vbi tacto per terram rastro vir dn̄i si
gnū fecerat vendicaret: ⁊ queq; essent ali
mentis hominū pro futura: sata vel plāta
ta vltra non lederet.

De Sabino Placentino epi-
scopo qui Padū flumen per lit-
teras suas cōpescuit: Cap. X.

HUius quoq; venerabilis viri
Venantij ep̄i aliud mirac̄ luz
relatiōe cognoui: qđ in Placē
tina vrbe perhibet gestū qđ vir
quoq; veracissimus Johānes in hac mo
do Romana ciuitate locū prefectoriū ser
uās: qui in eadē Placentina vrbe est or-
tus ⁊ nutritus: ita vt epūs memorat: quia
gestū fuerit: atttestat̃. In ea nāq; ciuitate
Sabinū noīe fuisse asserūt: mire virtutis
ep̄m. Cui duz die quadā suus dyaconus
nūciasset: qđ cursus sui padꝰ alueū egres-
sus: ecclesie agros occupassz: totaq; illic
loca ad nutriēdū semībus ꝓ futura: aqua
eiusdē fluminis teneret: venerabilis vi-
te Sabinus epūs respōdit dicens: Vade
⁊ dic ei. Mādauit tibi epūs: vt te compe
scas ⁊ ad ip̄m alueū redeas. Qđ diaconꝰ

eius audiens despexit ⁊ irrisit. Tunc vir
dei Ascito notario dictauit dicēs: Sabi-
nus dñi Jesu xp̄i seruus: cōmonitoriū pa
do: precipio tibi in noīe Jesu xp̄i dñi no-
stri: vt de alueo tuo in locis istis vlterius
nō exeas: nec terras ecclesie ledere presu
mas. Atq; eidē notario subiūxit dicens:
Uade hoc scribe: ⁊ in aquā eiusdē flumi-
nis proijce. Quo facto sancti viri prece-
ptū suscipiēs: statim se a terris ecclesie flu
minis aqua ꝯpescuit: atq; ad ꝓpriū alueū
reuersa exire vlterius in loca eadē nō pre
sūpsit. Qua in re Petre q̄d aliud q̄ inobe
dientiū hominū duritia confundit: qn̄ in
virtute Jesu ⁊ elementū irratiōabile san-
cti viri preceptis obediuit.

## De Cerbonio Populonij epi scopo: Capitulū. XI.

Vir quoq; vite venerabilis cer-
bonius Populonij epūs: ma-
gnā diebus nostris sanctitatis
sue ꝓbationē dedit. Naz cū ho
spitalitatis studio valde esset intent⁹: die
quadā transeūtes milites hospitio susce-
pit. Quos Gothis supuenietibus abscō
dit: eorūq; vitam ab illoꝝ nequitia abscō
dendo seruauit. Qd̄ dum Gothorū regi
perfido Totile nunciatū fuisset: crudeli-
tatis immanissime vesania succēsus: huc
ad locū qui ab octauo hui⁹ vrbis miliario
merulis dicit: vbi tunc ipse cū exercitu se
debat: iussit duci eūq; in spectaculo po-
puli vrsis ad deuorandū proijci. Cūq; idē
rex perfidus in ip̄o quoq; spectaculo cōse
disset: ad īspiciendū mortē ep̄i: magna po
puli turba cōfluxit. Tunc epūs deduct⁹
in medio est: atq; ad eius mortē īmanissi-
mus vrsus exquisit⁹: qui dū humana mē
bra crudeliter carperet: seui regis animū
satiaret. Dimissus itaq; vrsus ex cauea ē.
Qui accensus ⁊ cōcitus episcopū petijt:
sed subito sue feritatis oblit⁹: deflexa cer
uice: summissoq; humiliter capite lābere
ep̄i pedes cepit: vt patenter oīnibus da-
ret intelligi: quia erga illū virū dei ⁊ feri
na corda essent hominū: ⁊ quasi humana
bestiarū. Tūc populus q̄ ad spectaculū
venerat mortꝫ: magno clamore versus est
in admirationē veneratiōis: tunc ad eius
reuerentiā colendā rex ip̄e permotus est:
quippe cū quo superno iudicio actū erat:
vt qui deū sequi prius in custodiēda vita
ep̄i noluit: saltē ad mansuetudinē bestie
sequeret. Cui rei hi qui tūc presentes fue
rūt: adhuc nōnulli supersunt: eāq; cū om
ni illic populo se vidisse testant. De quo
etiaz viro aliud quoq; miraculū Venātio
Lunensi ep̄o narrante cognoui. In ea nā
q; populonij ecclesia: cui p̄erat: sepulcrū
preparauit. Sed cū longobardorū gens
in italiā veniens: cūcta vastasset: ad hel-
bam insulā recessit. Qui ingruēte egritu
dine ad mortē veniēs: clericis suis sibiq;
obsequētibus precepit dicens: In sepul-
cro meo qd̄ mihi preparaui populonij me
ponite. Cui illi cū dicerēt: Corpus tuū il
luc qualiter reducere possumus? q2 a lon
gobardis teneri loca eadē ⁊ vbiq; eos il-
lic discurrere scimus. Ipse respōdit: Re-
ducite me secure: nolite metuere: sed festi
ne sepelire me curate. Moxq; vt sepultū
fuerit corpus meū: ex eodē loco sub omni
festinatōe recedite. Defuncto igit ep̄o cor
pus imposuerūt naui. Cunq; populoniū
tenderēt: collectis in aere nubibus īmen-
sa nimis pluuia erupit Sed vt pateSceret
oībus cuius viri corpus nauis illa porta
ret: per illud maris spaciū qd̄ ab helba in
sula vsq; populoniū. xij. miliarib⁹ distat:
circa vtraq; nauis latera ꝓcellose valde
pluuia descēdit: ⁊ in nauē eandē vna plu
uie gutta non cecidit. Peruenerūt itaq;
ad locū clerici: ⁊ sepulture tradiderūt cor
pus sacerdotis sui: cui⁹ precepta seruātes
ad nauē sub festinatōe reuersi sunt. Quā
mox vtītrare potuerūt: in eundē locū vbi
vir dñi sepult⁹ fuerat: longobardoꝝ dux
crudelissimus gūmatus aduenit. Ex cui⁹
aduentu virū dei habuisse spiritū prophe
tie claruit: quia ministros suos a sepul-
ture suo loco sub festinatione discedere
precepit.

## De Fulgentio Utriculensi episcopo: Capitulū. XII.

HOc vero qđ de diuisa pluuia
factū narraui miraculū: etiā in
alterius Epi veneratiōe mon=
stratū est. Nam quidā clericus
senex: qui adhuc superest: eidē rei presto
se fuisse, testat dicens: Fulgentius epūs q̄
vtricolensi ecclesie preerat: regē crudelis=
simū Totilā in festū oīmodo habebat.
Cunq̧ ad easdē partes cū exercitu appro
pinquasset: cure fuit epō per clericos suos
xenia ei trāsmittere: eiusq̧ furoris insani
am si posset munerib⁹ mitigare. Que ille
vt vidit: ꝓtinus spreuit atq̧ iratus: suis
oībus iussit vt eundē episcopū sub oīni
asperitate cōstringerēt: eūq̧ eius exami=
ni seruarēt. Quē dū feroces Gothi mini
stri scȝ crudelitatis illius tenuissent: circū
dantes eū vno in loco stare p̄ceperūt: eiq̧
in t̄ra circulū designauerūt: extra quē pe=
dē tēdere nullomō auderet. Cūq̧ vir dei
in sole nimio estuaret: ab eisdem Gothis
circūdatus: ꝛ designatōe circuli inclusus:
repente chotuscus ꝛ tonitrua ꝛ tanta vis
pluuie erupit: vt hi qui eū custodiendū ac
ceperāt: īmensitatē pluuie ferre nō possēt
Et dū magna nimis inundatio fieret in=
ter eandē designationē circuli: in qua vir
dnī Fulgētius stetit: nec vna quidē plu=
uie gutta descēdit. Q̄d dū regi crudelissi=
mo nunciatū esset: illa mens effera ad ma
gnā eius reuerentiā versa est: cuius penā
prius insatiabili furore sitiebat. Sic oīpo
tens deus cōtra elatas carnaliū mentes
potentie sue miracula per despectos ope=
rat: vt qui superbe cōtra per p̄cepta veri=
tatis se eleuant: eoꝝ ceruicē veritatis per
humiliter premittit.

## De Herculano Perusino epi scopo: Cap. XIII.

NAper quoq̧ Floridus venera
bilis vite epūs: narrauit quod
dā memorabile valde miracu
lū dicens: Vir sanctissim⁹ her
culanus nutritor meus Perusine ciuita=
tis epūs: fuit ex conuersatiōe monasterij
ad sacerdotalis ordinis gratiā deductus:
Totile autē perfidi regis tempibus ean=
dem vrbē annis septem cōtinuis Gotho=
rum exercitus obsedit: ex qua multi ciuiū
fugerūt: qui famis periculū ferre nō pote
rāt. Anno vero septīo nondū finito obses
sam vrbē Gothoꝝ exercitus intrauit: tūc
comes qui eidē exercitui preerat: ad regē
Totilā nūcios misit exquirēs: q̄d de epi=
scopo vel populo fieri iuberet. Cui ille p̄=
cepit dicens: Epō prius a vertice capitis
vsq̧ ad calcaneū corrigiā tolle ꝛ tūc caput
eius amputa: oēm vero populū qui illic ī
uentus est gladio extingue. Tūc isdē co=
mes venerabilē virū Herculanū epm su=
per vrbis murū deductū capite trūcauit:
eiusq̧ cutē iam mortuū a vertice vsq̧ ad
calcaneū incidit vt ex eius corpe corrigia
sublata videret: moxq̧ corpus illi⁹ extra
muros ꝓiecit. Tunc quidā humanitatis
pietate cōpulsi: abscisum caput ceruici ap
ponētes: cū vno paruulo infante qui illic
extinctus inuētus est: iuxta murū corpus
epi sepulture tradiderūt. Cunq̧ post ean
dē cedē die quadragesimo rex Totila ius
sisset: vt ciues vrbis illius qui quolibȝ di
spersi essent: ad eā sine aliqua trepidatio=
ne remearēt: hi qui prius fugerāt: viuēdi
licētia accepta reuersi sunt. Sed cui⁹ vite
eoꝝ eps cognitus fuerat memores: vbi se
pultū esset corpus illi⁹ quesierunt: vt hoc
iuxta honorē debitū in ecclesia beati Pe
tri apli humarēt. Cunq̧ itū esset ad sepul
crū: effossa terra inuenerūt corp⁹ pueri pa
riter humati vtpote iā die quadragesimo
tabe corruptū ꝛ vermibus plenū. Corpus
vero epi ac si die eodē esset sepultū: ꝛ qđ
est adhuc miratiōe venerandū: q̄ ita ca=
put eius vnitū fuerat corpori: ac si nequa
q̄ fuisset abscisuȝ: sic videlicet vt nulla ve
stigia sectiōis appareret. Cunq̧ hoc ꝛ in
terga verterēt: exquirētes si qđ signū vel
de alia mōstrari incisione potuisset: ita sa
nū atq̧ intemeratū omne corpus inuentū
est: ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset.

### Petrus.

QUis non obstupescat talia signa
mortuoꝝ que fiunt pro excitatiōe
viuentium?

## De ysaac seruo dei.
## Cap.XIIII.
### Gregorius.

Prioribus quoq; Gothorũ tē-
poribus fuit iuxta spoletanam
vrbē vir vite venerabilis ysa-
ac nomīe: qui vsq; ad extrema
pene Gothorũ tēpora ꝑuenit. Quem no
strorũ multi nouerunt ⁊ maxime sacra vir
go Gregoria que nũc in hac Romana vr
be iuxta ecclesiā beate Marie semper vir
ginis habitat. Que dum adolescētie sue
tēpore constitutis iam nuptijs in ecclesiā
fugisset ⁊ sanctimonialis vite conuersati-
onem quereret: ab eodē viro defensa atq;
ad eum quē desiderabat habitũ: dño ꝓte
gente perducta est. Que q: sponsum fu-
git in terra: habere spōsum meruit in ce-
lo. Multa autē de eodē viro: narrāte ve-
nerabili patre Eleuthereo agnoui qui et
hũc familiariter nouerat ⁊ eius verbis vi
ta fidem prebebat. Hic itaq; venerabilis
Ysaac ortus ex Italia nō fuit: sed ea illi⁹
narro miracula que in italia cōuersatus:
fecit. Cũ primũ de Syrie partib⁹ ad spo-
litanam vrbē venisset: ingressus ecclesiaʒ
a custodibus petijt vt sibi quantũ vellet:
licentia cōcederetur orandi: eumq; horis
secretioribus egredi non vrgerent. Qui
mox ad orandũ stetit: diemq; totũ ꝑ egit ī
oratione. Cui sequentē cōtinuauit ac noc
tem. scđo etiā die cũ nocte subsequenti in
defessus ī precibus perstitit. Dieʒ quoq;
tertiũ in oratione cōiunxit. Cũq; hoc vn⁹
ex custodibus suꝑbie spiritu inflatus cer-
neret: vnde ꝓficere debuit: inde ad defe-
ctus damna peruenit. Nā hunc simulato
rem dicere ⁊ verbo rustico cepit hipochri
tam clamare: qui se tribus diebus ⁊ nocti
bus orare ante oculos hominũ demōstra-
ret. Qui protinus currēs virũ dei alapa
percussit vt quasi r ligiose vite simulator
de ecclesia cum cōtumelia exiret: sed hũc
repente vltor spirit⁹ inuasit ⁊ ad viri dei
vestigia strauit ac per os illi⁹ clamare ce-
pit. ysaac me eijcit. Ysaac me eicit vir q̄p-
pe peregrinus: quo censaretur noīe: ne-
sciebatur: sed eius nomē ille spũs ꝓdidit
qui se ab illo posse eijci clamauit. Mox
autem vt super vexati corpus vir dei in-
cubuit: malignus spũs: qui eũ inuaserat:
abscessit. In tota vrbe tunc statim quid ī
ecclesia factũ fuisset īnotuit: currere viri ⁊
femine nobiles atq; ignobiles pariter ce-
perunt certatimq; eũ in suis rapere domi
bus conabant. Alij ad construendũ mo-
nasteriũ predia: alij pecunias: alij subsi-
dia queq; poterāt: offerre viro dei suppli-
citer volebāt: sed seruus omnipotētis do
mini horũ nihil accipiēs: egressus vrbē:
non longe desertũ locũ repperit ibiq; sibi
humile habitaculũ cōstruxit. Ad quē dũ
multi pergunt: exemplo illius: eterne vite
accendi desiderio ceperũt atq; sub ei⁹ ma
gisterio in omnipotētis se dñi seruitiũ de-
derũt. Cumq; eũ crebro discipuli humili
ter admonerēt vt pro vsu monasterij pos-
sessiones: que offerebantur: acciperet: il-
le solicitus sue pauꝑtatis custos fortē sen
tentiam tenebat dicēs. Monachus qui ī
terra possessionē querit: monachus nō ē.
Sic quippe metuebat paupertatis sue secu
ritatem perdere: sicut auari diuites solēt
perituras diuitias custodire. Ibi itaq; ꝓ
phetie spiritu magnisq; miraculis cũctis
longe lateq; habitantibus vita eius incla
ruit. Nā die quadā ad vesperuʒ in horto
monasterij fecit iactari ferramēta que vsi-
tato nos nomine vangas vocamus: dixit
itaq; discipulis suis. Tot vangas ī hor-
to proijcite ⁊ citius redite. Nocte vero ea
dem dũ ex more cum fratribus ad exhibē
das laudes dño surrexisset: precepit eis:
dicens. Ite ⁊ operarijs nostris pulmen-
tum coquite vt mane primo paratum sit.
Facto autē mane fecit deferri pulmentuʒ
qđ parari iusserat: atq; hortũ cũ fratribus
ingressus: quot vangas iactari preceꝑat:
tot in eo laborantes operarios inuenit.
Ingressi quippe fures fuerant: sed muta-
ta mente per spiritũ apprehenderũt van-
gas: quas inuenerunt ⁊ ab ea hora qua ī-
gressi sunt: quousq; vir domini ad eos ve

niret: cũcta horti illius spacia: que ĩculta fuerãt: coluerũt. Quib⁹ vir dñi mox vt ĩgressus est: ait. Gaudete fratres: multũ laborastis. iã quiescite: quib⁹ illico alimẽta que detulerat: prebuit: eosq; post tãti laboris fatigationẽ refecit. Sufficiẽter aũt refectis ait. nolite malũ facere. Quotiẽs de horto aliquid vultis ad horti aditũ venite: trãquille petite: cũ bñdictione ꝑcipite: ⁊ a furti prauitate cessate. Quos stati collectis olerib⁹ onustari fecit. Actũq; ẽ vt qui ad hortũ nocituri venerãt: cũ laboris sui premio: ⁊ repleti ab eo: ⁊ innocui redirent.

Alio quoq; tẽpore accesserunt ad eũ peregrini q̃dã mĩsericordiaȝ postulãtes scissis pannis obsiti. Ita vt pene nudi viderent. Cũq; ab eo vestimẽta peterẽt: eorũ verba vir dñi tacit⁹ audiuit. qui vnũ ex discipulis suis protinus silẽter vocauit eiq; precepit: dicẽs. Uade atq; in illa silua in loco tali cauã arborem require ⁊ vestimenta q̃ in ea inueneris ad me defer. Cũq; discipul⁹ abijsset: arborẽ sicut fuerat iussus req̃siuit: vestimẽta repperit ⁊ latẽter detulit magistro. Que vir dei suscipiẽs: peregrinis nudis atq; petẽtibus ostẽdit ⁊ ꝓbuit dicẽs. Uenite q꞉ nudi estis: ecce tollite ⁊ vestite vos. Hec illi intuẽtes recognouerũt: que posuerant: magnoq; pudore cõsternati sunt ⁊ q̃ fraudulẽter vestimẽta querebãt aliena: confusi receperunt sua.

Alio quoq; tp̃e quidã se eis orationib⁹ ꝯmendãs: sportas duas plenas alimẽtis ei ꝑ puerũ trãsmisit. Quarũ vnã idẽ puer surripuit atq; in itinere abscõdit. vnã vero ad dei hominem detulit: ⁊ petitionẽ illi⁹ qui se ei ꝑ xeniuȝ cõmendauerat: enarrauit. Quã vir domini benigne suscipiẽs: eundẽ puerũ admonuit dicens. Gratias agim⁹: sed vide sportam quã in itinere posuisti: ne incaut⁹ tangere presumas. quia in eã serpens ingressus est. Esto ergo solicitus ne si tollere incautus volueris: a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus: exultauit quidẽ q᷑ mortẽ euasit: sed tristis ad modicũ factus ẽ. Quia quãuis salubrem penam euaserit tamẽ ꝑtulit verecundiã suã. Qui reuersus ad sportã caute ac solicite attendit: sed eã iam: sicut vir dei predixerat: serpens tenebat. Hic itaq; cũ virtute abstinentie: contẽptu rerũ transeuntiũ: ꝓphetie spiritu: orationis intẽtione esset incõparabiliter preditus: vnũ erat qđ ĩ eo reprehẽsibile esse videbat: q꞉ nõnunquã tanta ei leticia inerat vt illis tot virtutib⁹ nisi sciret esse plenus: omnimodo nõ crederetur.

## Petrus.

Quid nã queso te: quid nã hoc esse dicimus. Spõte sibi leticie frena laxabat. an tot virtutibus pollens: aliquãdo ad presens gaudiũ etiam renitẽs eius anim⁹ trahebat.

## Gregorius.

Magna est petre omnipotẽtis dei dispẽsatio: ⁊ plerũq; contingit vt quibus maiora bona prestat: quedam minora nõ tribuat: vt semꝑ eorũ animus habeat. vnde se reprehendat: quatenus dũ appetũt ꝑfecti esse ⁊ nõ possunt et laborãt in hoc qđ nõ acceperũt: nec tamẽ elaborãdo preualẽt: vt in his que accepta habẽt: se minime extollãt sed discãt q꞉ ex semetipsis maiora bona nõ habẽt: qui ĩ semetipsis vincere parua vicia atq; extrema nõ possunt. Hinc est enĩ q᷑ ꝑducto domino ad terrã ꝓmissionis populo cunctos fortes atq; prepotentes aduersarios eius extinguẽs: philisteos atq; cananeos reseruauit vt sicut scriptum est: in eis experiretur israel: quia nõnunq̃ vt dictuȝ ẽ eis etiã quibus magna dona tribuit: parua quedã reprehẽsibilia relinquit vt semper habeant: contra qđ bellum gerant et deuictis magnis hostibus mentẽ non erigant. quãdo eos adhuc aduersarij etiam minimis fatigãt. Fit itaq;, vt miro modo vna eademq; mens ⁊ virtute polleat ⁊ ex infirmitate lãguescat: quaten⁹ ⁊ ex parte cõstructa sit ⁊ ex ꝑte se ꝯspiciat esse destru

etam vt per bonū qđ querit ⁊ habere non valet: illud seruet humiliter: qđ habet. Sed quid mirū ꝙ hoc de homine dicimꝰ quādo illa superna regio in ciuibus suis ex ꝑte dāna pertulit ⁊ ex ꝑte fortiter stetit vt electi angelorū spūs: dum alios per superbiā cecidisse conspicerent: ipsi tāto robustius: quāto humilius starent: Illi ergo regioni sua etiā detrimēta profecerūt: quia ad eternitatis statum ex parte sue destructionis est solidius instructa. Sic ergo ⁊ in vnaquaqꝫ agitur vt humilitatis custodia aliquādo ad lucra maxima ex minimo damno seruetur.

Petrus.

Placet qđ dicis.

## De Eutycio et florentio seruis dei. Cap. XV.

Gregorius.

Nequaqꝫ hoc sileam ꝙ ex regiōe eadem venerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui. de cuius verbis ipse non dubitas quia eius vitā fidemqꝫ minime ignoras.

Eodem quoqꝫ tēpore in vrsie ꝑte ꝓuincie duo viri in vita atqꝫ habitu sancte cōuersationis habitabant quorū vnus Eutycius: alter vero florentius dicebatur. Sed idē Eutycius in spiritali zelo atqꝫ in feruore virtutis excreuerat: multorūqꝫ animas ad deū ꝑducere exhortādo satagebat. Florētius vero simplicitati atqꝫ orationi deditā ducebat vitam. Nō longe autē erat monasteriū qđ rectoris sui fuerat morte destitutū: ex quo sibi monachi eundē Eutyciū preesse voluerunt. Qui eorū precibꝰ acquiescēs multis annis monasteriū rexit: discipulorūqꝫ animas in studio sancte cōuersationis exercuit. Ac ne oratoriū in quo prius habitauerat: solū remanere potuisset: illic venerabilē virū Florentiū reliquit: in quo dū solus habitaret: die quadā sese in oratione dedit atqꝫ ab omīpotēte dn̄o petijt vt ei illic ad habitādū aliqđ solatiū donare dignaret. qui mox vt īpleuit orationez oratoriū egressus: ante fores vrsum repperit stantē qui dū ad terrā caput deprimeret: nihilqꝫ feritatis in suis motibꝰ demōstraret: aꝑte dabat intelligi ꝙ ad viri dei obsequiū venisset. Qđ vir quoqꝫ dn̄i ꝓtinus agnouit: ⁊ qr in eadē cella. iiij. vel. v. pecudes remāserāt: quibꝰ oīno deerat: q̄ pasceret ⁊ custodiret: eidē vrso p̄cepit dicēs: vade atqꝫ oues has ad pastū eijce ad horā vero sextā reuerter̄. Cepit itaqꝫ hoc indesinēter agere: iniūgebat vrso cura pastoris ⁊ quas mādu care cōsueuerat: pascebat oues bestia ieiuna. Cū vir dn̄i ieiunare volebat: ad nonā p̄cipiebat vrso eadez hora cū ouibꝰ reuerti. Cū vero noluisset: ad sextā: in oībus itaqꝫ mādatis viri dei obtemꝑabat vrsus vt neqꝫ ad sextā iussus redire: veniret ad nonā: neqꝫ ad nonā iussus redire: veniret ad sextā. Cūqꝫ diu hoc ageret cepit in loco eodē tāte virtutis fama lōge lateqꝫ crebrescer̄: sed qr antiquꝰ hostis. vnđ bonos cernit nitescere ad gloriā. inde ꝑuersos ꝑ inuidiā rapit ad penā quatuor viri ex discipulis venerabilis Eutycij vehemēter inuidētes ꝙ eorū magister signa nō faceret ⁊ is qui solꝰ ab eo relictus fuerat: tāto hoc miraculo clarꝰ appareret: eundē vrsum insidiātes occiderūt. Cūqꝫ hora qua iussus fuerat: nō rediret: vir dei Florētius suspicatus est eū rediturū ⁊ vsqꝫ ad horā vesperā expectans: affligi cepit ꝙ isdē quem ex simplicitate multa fratrē vocare cōsueuerat: vrsus minime reuerteret. Die vero altera perrexit ad agrū vrsum pariter ouesqꝫ quesiturus: quē occisum repperit sed sollicite inquirens citius a quibꝰ fuerat occisus: inuenit. tūc sese in lamentū dedit: fratrū maliciā magis ꝙ̄ vrsi mortē deplorās. Quez venerādus vir Eutyciꝰ ad se deductū cōsolari studuit: sed isdē vir corā eo doloris magni stimulis accensus imprecatus ē dicens. Spero in omnipotēte deo quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malicia vindictā recipiant. qui nihil se leden-

tem vrsum meũ occiderũt. Cuius vocem
protinus vltio diuina secuta est. Nã qua
tuor monachi qui eundẽ vrsũ occiderãt:
statim elephantico morbo percussi sũt vt
mẽbris putrescẽtibus interiret. Qd factũ
vir dei florentius vehemẽter expauit seqꝫ
ita fratribus maledixisset pertimuit. Om
ni enĩ vite sue tẽpore fiebat qꝛ exauditus
fuerat: se crudelẽ: se in eorũ morte clama-
bat homicidã. Qd iccirco omnipotentẽ
dñm fecisse credimus ne vir mire simpli-
citatis quãtolibet dolore cõmotus: intor-
quere vltra presumeret iaculũ maledicti-
onis.

Petrus.

Nunquid naz valde graue esse cre
dimus si fortasse cuilibet exagita-
ti iracundia maledicamus.

Gregorius.

De hoc peccato cur me percuncta-
ris an graue sit: cũ paulus dicat.
Neqꝫ maledici regnũ dei possidebunt.
pensa igitur q̃ grauis culpa ẽ: que
sepat a regno celestis vite.

Petrus.

Quid si homo non fortasse ex mali-
cia: sed ex lingue incuria maledi-
ctionis verbũ iaculatur in proximũ.
Si apud districtũ iudicẽ petre ocio
sus sermo reprehenditur: quanto
magis ꝛ noxius. Pensa ergo q̃-
tum sit dãnabilis qui a malicia nõ vacat
si ꝛ ille sermo penalis ẽ qui a bonitate vti
litatis ꝛ humilitatis vacat.

Petrus.

Assentio.

Gregorius.

Isdem vir dei egit aliud quod si-
lere non debeo. Cum enim mag-
na eius opinio lõge lateqꝫ crebre
sceret. quidam dyaconus longe posit[9] ad
eum pergere studuit vt eius se orationi-
bus cõmendaret: qui ad eius cellulam ve
niens: omnẽ locũ per circuitum inuenit i-
numeris serpentibus plenum. Cũqꝫ ve-
hementer expauescerent: clamauit dicẽs.
serue dei ora. Erat autem tunc mira sere-
nitas. Egressus vero Florentius ad celũ
oculos ꝛ palmas tetendit vt illam pestẽ
sicut sciret dominus auferret. ad cui[9] vo-
cem subito celum intonuit: atqꝫ idẽ toni-
truus omnes illos: qui eundẽ locum oc-
cupauerunt: serpentes interemit. Quos
cum vir dei florentius interemptos aspi-
ceret: dixit. Ecce illos occidisti domĩe q̃s
eos hinc leuabit? Moxqꝫ ad eius vocem
tante aues venerunt: quanti serpẽtes oc-
cisi fuerant: que asportãtes singulos ꝛ lõ-
gius proijcientes: locũ habitationis illi[9]
mundum a serpentibus omnimodo red-
diderunt.

Petrus.

Quid virtutis. quid fuisse meriti
dicimus: qꝫ eius ori tantũ factus
est deus proximus.

Gregorius.

Apud omnipotentis dei singula-
rem mundiciam atqꝫ eius simpli-
cem naturam multũ petre huma-
ni cordis mundicia, atqꝫ simplicitas valet
hoc ipsum nãqꝫ quod eius famuli a terre-
nis actionibus segregati: ociosa loqui ne-
sciunt ꝛ mentem per verba spargere atqꝫ
inquinare deuitant: auctoris sui pre cete
ris exauditionẽ impetrant. Cui inquan-
tum est possibile ipsa puritate ac simplici-
tate cogitationis quasi ex quadã iam simi
litudine concordãt. Nos autẽ turbis po
pularibus admixti: dum frequẽter ocio-
sa nõnunq̃ vero etiam: qꝫ est grauius: no
xia loquimur: os nostrũ omnipotẽti deo
tanto longinquũ fit. quãto huic mundo
proximũ. Multum quippe deorsum duci
mur: dum locutione continua secularib[9]
admiscemur. Quod bene Isaias post-
quam regem dominum exercituum vidit
in semetipso se reprehendit ꝛ penituit: di
cens. Ve mihi: quia tacui: quia vir
pollutus labijs ego sum: qui cur pollu-

ta labia haberet: ōndit: cū subiūxit In me
dio populi polluta labia habētis ego ha-
bito. Pollutionē nanqꝫ labioꝝ habere se
doluit: sed vnde hāc ꝯtraxerit indicauit:
cū in medio populi polluta labia habētis
se habitare perhibuit. Ualde enī difficile
est vt lingua seculariū mentē non inq̄net
quā tangit: qꝛ dū plerūqꝫ eis ad quedam
loquēda cōdescendimus paulisper assueti
hanc ipāꝫ locutionē q̄ nobis indigna est:
etiā delectabiliter tenemus vt ex ea iā re-
dire nō libeat: ad quā velut ex ꝯdescēssio
ne deducti: venimus inuiti. Sicqꝫ fit vt
ab ociosis ad noxia: a leuiorib⁹ ad grauio
ra verba veniamus: ⁊ os nostrū ab oīpo-
tente dn̄o: tanto iā minus exaudiṫ in pre-
ce: quāto amplius inquinaṫ stulta locutio
ne: qꝛ sicut scriptū est. Qui auertit aurē
suā ne audiat legē: oratio eius erit execra
bilis. Quid ergo mirꝫ si postulātes tarde
a dn̄o audimur: q̄ precipiēte dn̄o aut tar-
de: aut nullomō audimus. Et quid mirū
si Florentius in prece sua citius est audi-
tus: q̄ in p̄ceptis suis dn̄m citius audiuit.

Petrus.

Ihil est quod respōdere valeat a
parte rationi.

Gregorius.

Utitius vero qui predicti Floren
tij in via dn̄i socius fuerat: magis
post mortē claruit in ꝟtute signo
rū. Naꝫ cū multa ciues vrbis illius de eo
soleāt narrare miracula: illud tn̄ est preci-
puū qđ vsqꝫ ad hec longobardoꝝ tp̄a om
nipotens deus per vestimentū illius assi-
due dignabaṫ operari. Nam quotiēs plu
uia deerat: et estu nimio terrā longa sic-
citas exurebat: collecti in vnū ciues vrbis
illius eius tunicā leuare: atqꝫ in cōspectu
dn̄i cū precibus offerre cōsueuerāt. Cum
qua dū per agros pergerēt exorātes: re-
pēte pluuia tribuebaṫ: que plene terrā sa
tiare potuisset. Ex qua re patuit: eius ani
ma: quid virtutis intus: quid meriti ha-
beret cuius foris ostēsa est vestis iram cō-
ditoris auerteret.

## De Marcio monacho de mō te Marsico: Cap. XVI.

Uper quoqꝫ in parte Cāpanie
vir valde venerabilis Marti⁹
noīe: in monte Marsico solita-
riā vitā duxit: multisqꝫ annis
in specu āgustissimo īclusus fuit: quē mul
ti ex nostris nouerūt: eiusqꝫ actib⁹ presen-
tes extiterūt: de quo multa ip̄e ⁊ beate me
morie papa Pelagio predecessore meo ⁊
alijs religiosissimis viris narrātibus ag-
noui. Cuius hoc miraculū primū fecit qꝫ
mox vt se in predicti mōtis foramine ꝯtu
lit: ex petra eadē que in semetip̄a cōcaua
angustū specū fecerat: aque stilla ꝓrupit:
que Martio dei famulo in vsu quotidia-
no sufficeret: nec plus adesset: nec necessi
tati deesset: qua in re ostēdit oīpotens de
us quantā sui famuli curā gereret: cui ve
tusto miraculo potum in solitudine ex pe
tre duritia mīstraret. Sed antiquus ho-
stis hūani generis inimic⁹ eius virtutib⁹
īuidens: hūc vsitata arte pellere ex eo spe
cu molitus est. Nam amicā sibi bestiā ser
pentē scꝫ īgressus: hūc ab eadē habitatio
ne eijcere facto terrore conatus est. Cepit
eteni serpens in speluncā venire solus cū
solo: eoqꝫ orāte se ante illū sternere ⁊ cū cu
bāte pariter cubare. Sed vir sanctus oī-
no impterritus: eius ori manū vel pedem
extēdebat dicēs: Si licentiā accepisti vt
ferias: ego nō prohibeo. Cūqꝫ hoc quoti-
die per trienniū gereret: die quadā anti-
quus hostis tāta hac eius fortitudine vi-
ctus infremuit: seqꝫ per diuexū mōtis la-
tus in precipitiū serpēs dedit: oīaqꝫ arbu
sta loci illi⁹ flāma ex se exeūte ꝯcremauit.
Qui in eo qđ montis latus oīne cōbussit
cogente oīpotente deo mōstrare cōpulsus
est: quāte virtutis fuerat: q̄ victus absce-
debat Perpēde queso: iste vir dn̄i qui in
montis vertice stetit: qui cū serpente per
trienniū iacuit securus.

Petrus.

Uditu paueo.

Gregorius.

VIr iste vite venerabilis inclusiõis
sue tẽpe primo decreuerat: vt vl-
tra mulierẽ non videret: nõ qꝛ as-
pernabatᷓ sexũ: sed ex cõtemplata spẽ tem
ptatiõis incurrere metuebat vicium. Qḋ
quedã mulier audiẽs: audacter ascendit
montẽ: atq; ad eius specũ impudẽter ꝓro
rupit. At ille paulo longi⁹ intuens: ⁊ ve
nientis ad se muliebria indumẽta conspi-
ciens: sese in orationẽ dedit: in terrã faciẽ
depꝛ̄ssit: ⁊ eousq; ꝓstratus iacuit: quo im-
pudens mulier a fenestra cellule illi⁹ fati
gata recederet. Que die eodem mox vt
de mõte descendit: vitã finiuit: vt ex mor-
tis eius sentẽtia daretᷓ intelligi: qꝛ valde
oĩpotẽti deo displicuit q̄ eius famulũ au
su improbo cõtristauit.

ALio quoq; tp̄e dũ multi ad hunc
religiosa deuotiõe concurrerẽt: at
q; arta esset semita: que in deuexo
mõtis latere ad eius cellulã ꝓperãtes du
cebat. Puer paruulus incaute gradiens
ex eodẽ monte cecidit: ⁊ vsq; ad vallẽ cor
ruit que sub mõte eodẽ sita quasi in ꝓfun
do conspicitᷓ. In loco quippe eodẽ tanta
mons ip̄e altitudine excreuit: vt arbusta
ingentia que ex eadẽ valle ꝓdeũt: ex mõ
te aspiciẽtibus quasi frutecta esse videan
tur. Perturbati itaq; sũt cũcti qui venie
bãt: summaq; cura quesitũ est: sicubi cor-
pos elapsi pueri potuissꝫ inueniri. Quis
enĩ aliud nisi extinctũ crederet? quis vel
corpus ad terrã integrũ peruenisse suspi-
caretᷓ? Duꝫ interpositis vbiq; scopulis in
partibus discerpi potuisset. Sed requisi-
tus puer in valle inuẽtus est: non solũ vi-
uus: sed etiã incolumis. Tũc cunctis pa
tenter innotuit: q̄ ideo ledi nõ potuit: qꝛ
hũc ĩ casu suo Martij oratio portauit. In
specu vero illius magna desuꝑ rupes emi
nebat: que cũ ex parte exigua monti vide-
retᷓ affixa: martij celle ꝓminens casuꝫ suũ
quotidie: ⁊ illius interitũ ruitura minaba
tur: ad hũc Mascator illustris vir armen
tarij nepos cũ magna rusticoꝝ multitudi
ne veniens precabatᷓ: vt vir dei de specu
eodẽ dignaretᷓ exire: quatenus ip̄e ruitu-
ram rũpem ex monte potuisset euellere:
atq; in specu suo dei famulus iam secur⁹
habitaret. Cũq; huic vir dei nequaq̄ ac-
quiesceret: ei quod posset vt faceret prece
pit: ⁊ ip̄e in celle remotiori se parte cõtu-
lit. Si tamẽ moles rueret: dubiũ nõ erat
q̄ simul ⁊ specũ destrueret: ⁊ Martiũ ne-
caret. Itaq; dum ea que venerat multitu
do conaretᷓ: si posset sine periculo viri dei
ingens illud qḋ desuper incubuerat saxũ
leuare: cũctis videntibus repẽte res val-
de admirabilis contigit: quia moles ipsa
quã conabantᷓ euellere: subito ab eisdẽ la
borãtibus euulsa: ne spelunce Martij re-
ctũ tangeret saltũ dedit: ⁊ quasi serui dei
lesionẽ fugiens lõgius cecidit. Quod ad
iussum oĩpotentis dei angelico ministe
rio actũ intelligit: qui diuina prouidẽtia
dispont oĩa fideliter credit. Hic cũ pri-
us se in eundẽ montẽ cõtulit: nec dũ clau
so specu habitans: cathena sibi ferrea pe-
dem ligauit: eãq; saxo ex parte altera affi-
xit: ne ei vltra liceret ꝓgredi: quã cathe-
ne eiusdẽ quantitas tendebatᷓ. Quod vir
vite venerabilis Benedictus audiẽs: cu
ius superius memoriã feci: ei per discipu
lum suũ mandare curauit. Si seruus dei
tu non valuit portare: vt hinc omnipotẽs
deus ostenderet: quia hanc onustam sua
manu tenuerat: que ab hominibus vacua
⁊ derelicta sup̱ aquas nõ potuit manere.

## De Sanctulo presbytero:
## prouincie Nursie:
## Capitulum. XXXVII.

ANte dies quoqꝫ fere quadra-
ginta vidisti apud me eum: cu-
ius superius memoriaꝫ feci: ve
nerabilis vite presbyterũ San
ctulum nomine: qui ad me ex Nursia pro
uincia: annis singulis venire consueuit.
Sed ex eadem prouincia quidam mona-
chus ante triduũ venit: qui grauis nun-
cij merorem ad me pertulit: quia eundeꝫ
virum obijsse nunciauit. Huius ergo viri
⁊ si non sine gemitu dulcedinis recolo: iã
tamen sine formidine illas virtutes: nar-
ro: quas a vicinis eius sacerdotibus mi-
ra virtute ⁊ simplicitate preditis agnoui.
Et sicut inter amantes se animos homi-
num magnum charitatis familiaritas au
sum prebet: a me plerumqꝫ ex dulcedine
coactus: ip̃e quoqꝫ de his que egit extre-
ma quedã fateri cogebatur.

QUodam namqꝫ tempore hic cum
in prelo longobardi oliuã preme-
rent: vt oleum liquari debuisset:

ſicut iucundus erat ⁊ vultu ⁊ aīo: vtrem
vacuū ad prelū detulit laborāteſqꝫ lōgo
bardos leto vultu ſalutauit. vtrē protulit
⁊ iubēdo potius ꝙ petēdo eū impleri ſibi
dixit. Sed gētiles viri quia tota iam die
fruſtra laborauerant atqꝫ ab oliuis exire
oleū torquendo nō poterat: verba illius
moleſte ſuſceperūt eumqꝫ iniurijs inſecta
ti ſunt. quibus vir dñi letiori adhuc vul=
tu rñdit: dicens. Sic ꝓmetis ſi iſtū vtrē
Sanctulo impletis ⁊ ſic a vobis reuertit.
Cūqꝫ illis ex oliuis oleū defluere nō cer=
nerēt ⁊ virū dei ad implendū vtrē ſibi in=
ſiſtere viderēt: vehemēter accenſi maiori
bus hūc verborū cōtumelijs deteſtari ce=
perūt. Vir autē dei vidēs ꝙ ex prelo ole=
um nullomodo exiret: aquā ſibi dare pe=
tijt quā cūctis vidētibus benedixit. atqꝫ ī
prelū ſuis manibꝰ iactauit. Ex qua proti
nus benedictiōe tāta vbertas olei erupit
vt longobardi qui priꝰ diu incaſſū labo
rauerāt: nō ſolū ſua vaſcula oīa. ſed vtrē
quoqꝫ quē vir dei detulerat īplētes: gra=
tias agerēt qꝛ is qui oleū petere venerat:
benedicēdo dedit qđ poſtulabat.

ALio quoqꝫ tpe vehemēs ibi incu
buerat: fames ⁊ beati Laurentij
martyris eccleſia fuerat a longo=
bardis incēſa. Quā vir dei reſtaurare cu
piens artifices multos ac plures ſubmini
ſtrātes oꝑarios adhibuit: quibus neceſſe
erat vt quotidiani ſumptꝰ laborātibus ſi=
ne dilatiōe preberent. ſed exigente eiuſ=
dē famis neceſſitate panis defuit: ceperūt
qꝫ laborātes inſtāter victū querere qꝛ vi=
res ad laborē per inopiā nō haberēt. Q
vir dei audiēs eos verbis cōſolabat foras
promittēdo qđ deerat. Sed ipſe grauiter
anxiebat intus: exhibere cibū nō valens:
quē ꝓmittebat. Cū vero huc illucqꝫ anxi
us ꝑgeret: deuenit ad clibanū in quo vici
ne mulieres pridie panes coxerant. ibiqꝫ
curuatus aſpexit ne forte panis coquenti=
bus remāſiſſet. Tunc repente panē mire
magnitudinis atqꝫ inſoliti candoris inue
nit: quem quidē tulit. Sed deferre artifi=
cibus noluit. ne fortaſſe alienꝰ eſſet ⁊ cul
pā velut ex pietate perpetraret. Per vi
cinas itaqꝫ hunc mulieres detulit eumqꝫ
omnibus oſtendit ac ne cui earum reman
ſiſſet: inquiſiuit: omnes autem que pridie
panem coxerant. ſuū hunc eſſe negauerūt
atqꝫ panes ſuos numero integro ſe a cli=
bano retuliſſe profeſſe ſunt. Tunc letus
vir domini perrexit ad multos artifices
cum vno pane ⁊ vt omnipotenti deo gra=
tias agerent admonuit: ⁊ quia eis anno=
nam prebuerat indicauit eiſqꝫ ad refectio
nem protinus inuitatis inuentū panem
appoſuit. Quibus ſufficiēter pleneqꝫ ſa=
tiatis plura ex eo ꝙ ipſe panis fuerit fra=
gmenta collegit. Que die quoqꝫ altero
eis ad refectionē intulit. Sed id quod ex
fragmētis ſupererat. Ipſa quoqꝫ que ap=
poſita fuerant fragmēta ſuꝑabant. factū=
qꝫ eſt vt per dies decē omnes illi artifices
atqꝫ operarij ex illo vno pane ſatiati. hūc
⁊ quotidie ederent ⁊ ex eo quotidie quod
edi poſſet: in craſtinū quotidie ſupereſ=
ſet ac ſi fragmenta panis illius per eſum
creſcerent ⁊ cibum comedentiū ora ipſoꝝ
repararent.

Petrus.

MIra res atqꝫ exemplum dominici
operis vehementer omnibus ſtu=
penda.

Gregorius.

IPſe Petre multos de vno pane
per ſeruum qui ex quinqꝫ panibꝰ
quinqꝫ milia hominū ſatiauit per
ſemetipſum. Qui pauca ſeminis
grana īnumera ſegetum frumenta multi=
plicat. qui ipſa quoqꝫ ſemina produxit ex
terra. ⁊ ſimul omnia creauit ex nihilo.
Sed ne diutiꝰ mireris quid in virtute do
mini venerandus vir Sanctulus exteriꝰ
fecerit audi ex virtute domini qualis in=
teritus fuit. Die etenim quadam a lon=
gobardis captus quidam dyaconus tene
batur ligatus. cūqꝫ ipi qui tenuerāt inter=
ficere cogitabāt. Aduespaſcēte autē die

vir dei Sanctulus ab eisdẽ longobardis petijt: vt relaxari eiqꝫ vita cõcedi debuisset: quod posse se facere oĩno negauerũt. Cumqꝫ mortẽ illius deliberare eos cerneret: petijt: vt sibi ad custodiã tradi debuisset. Cui ꝑtinus responderũt. Tibi quidẽ eũ ad custodiendũ damus. Sed ea conditiõe interposita: vt si iste fugerit ꝓ eo ipe moriaris. Quod vir dñi libenter accipiens predictũ dyaconẽ in sua suscepit fide. Quẽ nocte media: cum longobardos omnes somno graui depressos aspiceret: excitauit dyaconũ: ⁊ ait: Surge ⁊ concitus fuge: liberet te omnipotens deus. Sed idez dyaconus promissiõis eius nõ immemor respõdit dicens: Fugere pater nõ possum: quia si ego fugero pro me sine dubio ipe morieris. Quem vir dñi Sanctulũs ad fugiendũ compulit dicẽs: Surge et vade: te omnipotens deus eripiat. Nam ego in manu eius quantũ ipse permiserit. Fugit itaqꝫ dyaconus ⁊ quasi deceptus in medio fideiussor remãsit. Facto igit̃ mane longobardi qui dyaconũ ad custodiendũ dederãt: venerũt: quez dederũt petierũt. Sed hũc venerandus presbyter fugisse respõdit: Tunc illi inquiũt: Scis ipe melius quid cõuenit: Seruus autem domini cõstanter ait: Scio. Cui dixerũt: Bonus homo es: nolumus te per varios cruciatus mori. Elige tibi mortẽ quã vis Quibus vir domini respondit: dicens: In manu dei sum: ea morte me occidite: qua me occidi permiserit. Tunc omĩbus qui illic aderant longobardis placuit vt eum capite trũcare debuissent: quaten⁹ sine graui cruciatu vitam eius cõpendiosa morte terminarẽt. Cognito itaqꝫ qđ Sanctulus qui inter eos sanctitatis reuerẽtia magni honoris habebat̃: occidendus esset: omĩs qui in eodẽ loco inuenti sunt lõgobardi cõuenerunt sicut sunt nimie crudelitatis leti ad spectaculũ mortis. Circũsteterũt itaqꝫ acies: vir autẽ domini deductus in medio est: atqꝫ ex omnibus viris fortib⁹ electus est vn⁹ in dubio ita nõ esset: quin vno ictu caput eius abscinderet Venerandus igit̃ vir inter armatos deductus: ad sua arma statim cucurrit. Nã petijt vt sibi paululũ orandi licentiã darent Cui dum cõcesium fuisset: se strauit ⁊ orauit. Qui dum paulo diutius oraret: hũc electus interfector calce pulsauit: vt surgeret dicens: Surge ⁊ flexo genu decide ceruicẽ. Surrexit autẽ vir domini genu flexit: ceruicem tetendit. Sed tenso collo eductã cõtra se spatam intuens: hoc vnũ fertur publice dixisse: Sancte Johãnes suscipe illam. Tũc electus carnifex euaginatum gladiũ tenens: annisu forti in alto brachiũ percussurus leuauit. Sed deponere nullomodo potuit. Nam repẽte diriguit: ⁊ erecto in celũ gladio brachiũ inflexibile remansit. Tunc omĩs longobardorũ turba: que ad illud mortis spectaculũ aderat: in laudis fauorẽ conuersa mirari cepit: virũqꝫ dei cũ timore venerari: quia profecto claruerat: cuius sanctitatis esset Qui carnificis sui brachiũ in aere ligasset. Itaqꝫ postulatus vt brachiũ sui carnificis sanaret: negauit dicens: Ego pro eo nullo modo orabo: nisi ante mihi iuramẽtum dederit: quia cũ ista manu christianũ hominẽ non occidat. Sed longobardus isdem qui vt ita dicã brachiũ contra deuz perdiderat: pena exigente cõpulsus est iurare se xpianũ hominez nunq̃ occidere. Tunc sanct⁹ vir domini precepit dicens: Depone manũ deorsum. Qui statim deposuit atqꝫ ilico adiũxit. Remitte gladiũ tuũ in vaginã: ⁊ statim remisit. Omĩes ergo tante virtutis hominẽ cognoscentes: boues ⁊ iumẽta q̃ depredati fuerãt certatim ei offerre in munere volebãt Sed vir domini tale munus suscipere rẽnuit: munus autẽ bone mercedis quesiuit dicens: Si mihi aliquid vultis cõcedere: omnes captiuos quos habetis mihi tribuite: vt habeã vnde pro vobis debeã orare. Factũqꝫ est ⁊ omĩes captiui cũ eo dimissi sunt atqꝫ superna gratia disponente cũ se vnus pro vno morti obtulit multos a morte liberauit.

Petrus.

Mira res ꝛ quãuis hanc ab alijs ꝛ
ipe cognouerim: vere tamen fa=
teor: quia mihi quotiẽs narratur
innouatur.

Gregorius.

Nil in hac re in Sanctulo mireris
Sed pensa si potes: quis ille spi=
ritus fuerit qui eius tam simplicẽ
mentẽ tenuit: atq̧ in tanto virtutis culmi
ne erexit. Ubi enĩ eius animus fuit quã=
do mori pro proximo tam cõstanter decre
uit: ꝛ pro temporali vita fratris vnius suã
despexit: atq̧ sub gladio ceruicẽ tetẽdit.
Que ergo vis amoris illud cor tenuit q̃ꝺ
mortẽ suam pro vnius salute proximi nõ
expauit. Scimus certe: quia idem vene=
rabilis vir Sanctulus ipa quoq̧ elemen
ta litterarũ bene non nouerat legis prece
pta nesciebat. Sed quia plenitudo legis
est charitas: legẽ totam in dei ac proximi
dilectiõe seruauit: ꝛ quod foris in cogni=
tiõe non nouerat: et intus iuuabat in amo
re. Et qui nunquã fortasse legerat: q̃ de
redemptore nostro Johãnes apostol⁹ di
xit: Quoniã sicut ille pro nobis animã su
am posuit: sic ꝛ nos debemus pro fratri=
bus animas ponere: tam sublime aposto=
licũ preceptũ faciendo magis q̃ sciendo:
nouerat. Comparem⁹ si placet cũ hac no
stra indocta scientia illius doctã ignoran
tiã. Ubi hec nostra iacet: ibi illius disci=
plina eminet. Nos de virtutib⁹ vacui lo=
quimur: ꝛ quasi iter fructifera arbusta po
siti adoramus poma: nec manducamus.
Ille virtutũ fructus carpere nouerat: quã
uis hos in verbis adorare nesciebat.

Petrus.

Quid nam queso te: esse existimas
q̃ boni quiq̧ subtrahunt: et qui
viuere ad edificationẽ multoꝝ po
terant: aut penitus inueniri nequeũt: aut
certe iam oĩnimodo rarescũt.

Gregorius.

Malicia remanentiũ meretur vt hi
qui prodesse poterãt festine sub=
trahant: ꝛ cum mũdi finis appro=
pinquat: electi tollunt: ne deteriora vide
ant. Hinc etenim ꝑpheta ait: Justus pe
rit: ꝛ nemo est qui recogitet in corde suo:
ꝛ viri misericordie colligent: quia nõ est
qui intelligat. Hinc rursus scriptum est.
Aperite vt exeant qui conculcẽt eam: tol
lite de via lapides. Hinc Salomon ait:
Tempus mittẽdi lapides: ꝛ tempus col=
ligendi. Quo igitur finis mundi vrget:
eo necesse est vt viui lapides ad edificiuz
celeste colligantur: quatenus Hierusalẽ
nostra immensurã sue constructionis ex=
crescat. Nec tamen ita oĩes electos sub
trahi credimus: vt soli in mundo peruer=
si remaneãt: quia nunq̃ peccatores ad la
mentũ penitentie redirent: si nulla essent
bonorum exempla: que eorum mentem
traherent.

De visione Redempti: Fe=
rentine vrbis Episcopi:
Cap. XXXVIII.

Petrus.

Incassum subtrahi bonos que=
ro: quia perire cateruatim: et
malos video.

Gregorius.

Hac de re nihil Petre mireris.
Nam Redemptum Ferentine
episcopũ: vite venerabilis vi=
rum: qui ante hos ferre an=
nos septem: ex hoc mundo migrauit: tua
dilectio cognitum habuit. Hic sicut mi=
hi adhuc in monasterio prope posito val=
de familiariter iungebatur: hoc quod Jo=
hãnis iunioris predecessoris mei tempo=
re de mundi fine cognouerat: sicut longe
lateq̧ claruerat a me requisitus: ipe mihi
narrabat. Aiebat namq̧: quia quadã die
dum parrochias suas ex more circuiret:
peruenit ad ecclesiam Euthicij martyris
Aduesperascẽte aũt die: stratũ sibi fieri iu
xta sepulchrũ martyris voluit: atq̧ ibi p⁹
laborẽ q̃euit: ꝛ nocte media vt asserebat:
nec perfecte vigilare poterat: nec dormie
bat: sed depressus vt solet grauabat quo=
dam pondere vigilans animus: atq̧ ante

eum isdem beatꝰ martyr Euthicius asti-
tit dicens: Redēpte vigilas? Cui respon
dit: Uigilo. Qui ait: Finis venit vniuer
se carnis : finis venit vniuerse carnis: fi-
ni- venit vniuerse carnis. Postꝙ trinaꝫ
vocem visio martyris cum omnipotentis
dei gratia: que mentis eiꝰ oculis appa-
rebat: euanuit. Tunc vir domini surrexit
seqꝫ in orationis lamentum dedit. Mox
enim illa terribilia in celum signa secuta
sunt: vt haste atqꝫ acies ignee ab aquilo-
nis parte viderentur. Mox effera longo-
bardorum gens de vagina sue habitatio-
nis educta in nostrā ceruiceꝫ crassata est:
atqꝫ humanum genus quod in hac terra
pre nimia multitudīe quasi spisse segetes
more surrexerat: succisum aruit. Nam de
populate vrbis: ⁊ euersa castra: cōtrema-
te ecclesie destructe sunt: monasteria viro
rum ac feminarum desolata : ab homini-
bus predia atqꝫ ab omni cultu destituta:
in solitudine vacat terra. Nullus hanc
possessor inhabitat: occupauerunt bestie
loca que prius multitudo hominum tene
bat. Et quid in alijs mūdi partibus aga-
tur ignoro. Nam in hac terra in qua nos
viuimus: finem suū mundus iam non nū
ciat: sed ostendit. Tanto ergo nos neces
se est instantius eterna querere: quanto a
nobis cognoscimus velociter temporalia
fugisse. Despiciendus a nobis hic mun-
dus fuerat: etiam si blandiretur: si rebus
prosperis demulceret animū. At postquā
tot flagellis premitur: tāta aduersitate fa-
tigatur: tot nobis quotidie dolores inge-
minat : quid nobis aliud ꝙ ne diligatur
clamat. Multa autem fuerant que adhuc
de electorum factis narrare debuissem :
sed hec silentio supprimo: quia ad alia fe-
stino.

Petrus.

Quia multos intra sancte ecclesie
gremio constitutos : de vita ani-
me post mortem carnis perpendo
dubitare. Unde queso: vt debeas: vł qua
ex ratione possit agnosci: vel si qua anima
rum exempla animo occurrunt pro multo
rum edificatiōe dicere: vt hi qui suspican
tur discant cū carne animā non finiri.

Gregorius.

Laboriosum valde hoc opus est:
et maxime occupato aīo ad alia
tendenti. Sed si sunt quibus pro
desse valeat: volūtatem meam proculdu-
bio postpono vtilitati proximorum: ⁊ in-
quantuꝫ deo largiente valuero: ꝙ anima
post carnē viuat: subsequenti hoc quarto
volumine demonstrabo.

Explicit liber tertius dia
logorum beati Gregorij.

Beati Gregorij pape dia-
logorum liber quartus: de
eternitate animarum: feli-
citer incipit.

Qz eterna ac spiritalia ideo
a carnalibus minus credautur:
qz ea que audiunt per experi-
mentum minime nouerunt:
Capitulum. I.

Postq̄ de paradisi gaudijs culpa exigēte expulsus est primus humani generis parēs. In huius cecitatis atqꝫ exilij quā patimur venit erumnam qr peccando extra semetipsum fusus. iam illa celestis patrie gaudia que prius cōtemplabatur videre non potuit. In paradiso quippe assueuerat homo verbis dei perfrui beatoruz angelorum spiritibus cordis mūdicia: et celsitudinis visione interesse. Sed postquaz hic cecidit ab illo quo implebatꝰ mētis lumie: recessit. Ex cuiꝰ videlicet carne nos in huius exilij cecitate nati audimus quidem celestē esse patriā: audimus eius ciues angelos dei. audimus eorundē angelorum socios spūs iustorū perfectorum. Sed carnales quoqꝫ illa inuisibilia scire non valēt per experimentū. dubitāt vtrū ne sit q̄ corpalibꝰ oculis nō vidēt. Que nimirū dubietas in primo parente nostro esse nō potuit qa exclusus a paradisi gaudijs hoc qd amiserat que viderat recolebat. Hi autem sentire vel recolere audita non possunt quia eoruz nulli sicut ille saltim de preterito experimentū tenent. at si enī pregnans mulier mittatur in carcerez ibiqꝫ pariat puerū qui natus puer in carcere nutriatur et crescat. cui si fortasse mater que hic genuit. solē. lunaz. stellas. mōtes et campos. volātes aues. currētes eqꝫs nominet. Ille vero qui est in carcere natꝰ et nutritus nihil aliud q̄ tenebras carceris sciat et hec quidem esse audiat: sed qa per experimentū non nouit veraciter esse diffidat. ita ī hac exilij sui cecitate nati homines dū esse summa et inuisibilia audiūt diffidunt an vera sint qr sola hec infima ī quibus nati sunt visibilia nouerunt. vnd factū est vt ipse visibiliū et inuisibiliū creator ad humani generis redemptionē vnigenitus patris veniret et sanctū spiritū ad corda nostra mitteret quatenus per eū viuificati crederemus que adhuc scire p experimentum non possumus. quique ergo hunc spiritū hereditatis nostre pignꝰ accepimus de vita inuisibiliū nō dubitamꝰ Quisquis autē in hac credulitate adhuc solidus nō est debet proculdubio maiorū dictis fidem prebere eisqꝫ iam p spiritum sanctū inuisibiliū experimentū habētibus credere quia et stultus est puer si matrem ideo estimet de luce mentiri quia ipse nihil aliud q̄ tenebras carceris agnouit.

## Qd sine fide neqꝫ infidelis viuat. Cap. II.

**Petrus.**

Placet valde qd dicis. Sed q̄ esse inuisibilia nō credit profecto infidelis est. Qui vero infidelis est in eo q̄ dubitat fidez non querit sed rationem.

**Gregorius.**

Audienter dico quia sine fide neqꝫ infidelis viuit. Nam si ab infideli percunctari voluero quē patrem vel quā matrē habuerit. ptinus respondebit illum atqꝫ illā. Quē si statim requiram vtrū nouerit quādo cōceptus sit vel viderit quādo natus. nihil horū se vl nosse vel vidisse fatebitꝰ et tamen qd nō vidit credit. Nam illuz patrē illāqꝫ se habuisse matrē absqꝫ dubitatione testabitur.

## Qꝰ tres spūs vitales sint creati Capi. III.

**Petrus.**

Fateor quia nūcusqꝫ nesciui q̄ infidelis haberet fidem.

**Gregorius.**

Habēt etiā infideles fidē sed vtinā in deū. Quā si vtiqꝫ haberēt infideles nō essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt. hinc ad fidei gratiā prouocandi quia si de ipso suo visibili corpe credūt qd minime viderunt cur inuisibilia nō credūt que corpaliter videre non possunt. Nā qr post mortē carnis viuat anima patet ratio sz fidei admixta. Tres quippe vitales spūs creauit omnipotens deus. vnū qui carne nō tegitur.

Alium qui carne tegitur sed nō cum car-
ne moritur. Tertiū que carne tegit̄ ⁊ cū
carne moritur. Spūs nāq3 est qui carne
nō tegitur angelorū. Spūs qui carne te-
gitur sed cū carne nō morit̄ hominū. Spi
ritus qui carne tegit̄ ⁊ cū carne morit̄ iu-
mentorū omniūq3 brutorū animaliū. Ho-
mo itaq3 sicut in medio creat⁹ est vt esset
inferior angelo, superior iumento. ita ali-
quid habet cōmune cū summo. aliquid cō
mune cū infimo: imortalitatē sc3 spūs cū
angelo. mortalitatē vero carnis cum iu
mento quousq3 ⁊ ipsam mortalitatē car-
nis gloria resurrectionis absorbebat. ⁊ in
herēdo spiritui caro seruet̄ imppetuū: q̄a
⁊ ipse spūs inherēdo seruet̄ in deū. Que
tamē caro nec in reprobis inter supplicia
pfecte deficit, quia semp deficiendo subsi-
stit vt qui spiritu ⁊ carne peccauerūt: semp
essentialiter viuētes ⁊ carne ⁊ spiritu sine
fine moriant̄.

## De eo quod Salomon dicit: Dixi in corde meo de filijs hominum vt probaret eos de⁹ et ostē deret similes esse bestijs: idcirco vnus interit⁹ est homīs et iumē torū et equa vtriusq3 conditio. Cap. iiij.

Petrus.

Rationi fideliū placēt cuncta q̄
dicis. Sed queso te dn̄ spirit⁹
hominū atq3 iumentorū tanta
distinctione discernas. Quid
est qđ Salomon ait. Dixi in corde meo d̄
filijs hominū vt pbaret eos de⁹ ⁊ ostēde
ret similes esse bestijs. iccirco vn⁹ interi-
tus ē homīs ⁊ iumentorū ⁊ equa vtriusq3
cōditio. Qui adhuc eandē sniam suā sub
tiliter exequēs adiūgit. Sicut morit̄ hō
sic ⁊ illa moriunt̄. Simil̄r spirāt oīa ⁊ ni
hil hō iumēt̄ ampli⁹. Quib⁹ adhuc ver-
bis generalē diffinitionē subinfert: dicēs.
Cūcta subiacēt vanitati ⁊ oīa pergunt ad
vnū locū. De terra facta sunt ⁊ in terram
pariter reuertunt̄.

Gregorius.

Salomonis liber in q̄ hec scripta
sūt ecclesiastes appellat⁹ ē. Eccle
siastes āt ꝓprie cōcionator dicit̄ ī
cōtione vero snīa pmittit̄ per quā tumul
tuosa turbe seditio cōprimat̄ ⁊ cū multi
diuersa sentiūt. p cōcionantis ratione ad
vnā sententiā perducunt̄. Hic igitur liber
iccirco cōcionator dicit̄ q2 Salomon ī eo
quasi tumultuantis turbe suscepit sensū
vt ea per inquisitionē dicat. que fortasse
per temptationē imperita mens sentiat.
Nam qđ sententias quasi per inquisitio-
nem mouet, quasi tot in se personas diuer
sorum suscipit. Sed cōcionator verax ve-
lut extensa manu omniū tumultus sedat
eosq3 ad vnam sententiā reuocat. cum in
eiusdem libri termino ait. Finem loquen
di omnes pariter audiamus. Deū time ⁊
mādata eius obserua. Hoc est eni oīs ho-
mo. Si eni in libro eodē per locutionem
suā multorū personas non susceperat cur
ad audiendū loquendi finē secum pariter
omnes admonebat. Qui igitur in fine li-
bri dicit omnes pariter audiamus. ipē si-
bi testis est. quia in se multorū personas
suscipiens quasi solus locutus nō est. Un
de ⁊ alia sunt que in libro eodem per inq̄-
sitionem mouetur atq3 alia per rationem
satisfaciunt alia que ex temptātis ꝓfert ani
mo atq3 adhuc huius mūdi delectationi-
bus dediti. alia vero in quibus ea ea q̄ ra-
tionis sunt disserat atq3 animū a delecta-
tione cōpescat. Ibi nāq3 ait. hoc itaq3 mi
hi visum est. bonū vt cōedat quis ⁊ bibat
⁊ fruatur leticia ex labore suo. ⁊ longe in-
ferius subiūgit. Melius est ire ad domū
luctus quā ad domū conuiuij. Sic enim
bonū est māducare. ⁊ bibere melius fuis-
se videat̄ ad domum cōuiuij pergere q̄
ad domū luctus. Ex qua re ostenditur: q2
illud ex infirmantiū persona intulit. hoc
vero ex rationis diffinitione subiunxit.
Nam ipsas ꝑtinus rationis causas edis-
serit: ⁊ illius luctus que sit vtilitas osten
dit: dicens. In illa eni finis cunctorū ad-

moner hominū: ⁊ viuens homo cogitat quid futurus sit. Rursum illic scriptū est. Letare iuuenis in adolescētia tua: ⁊ paulopost subdit. Adolescētia eni ⁊ voluptas vana sunt. Qui dū hoc postmodū vanū esse redarguit: qꝺ prius monuisse videbatur: patēter indicat: quia illa quasi ex desiderio carnali verba intulit: hec vero ex iudicio veritatis subiūxit. Sicut ergo delectationē prius carnaliū exprimens: curis postpositis denūciat bonū esse mādūcare ⁊ bibere: qꝺ tamen postmodū ex iudicij ratione reprehendit cū esse melius dicit: ire ad domū luctus ꝙ ad domū cōuiuij: ⁊ sicut letari debere iuuenē in adolescentia sua quasi ex deliberatiōe carnaliū proponit: ⁊ tamē postmodū per diffinitionē sententie adolescentiā ⁊ voluptatē vana esse redarguit: ita etiā ꝯcionator noster velut ex mente infirmantiū humane suspitiōis sententiā ꝓponit dū dicit: Un⁹ interitus est hominis ⁊ iumentoꝝ: ⁊ equa vtriusq̄ est cōditio. Sicut morit homo: sicut ⁊ illa moriunt. Similiter spirant oīa: ⁊ nihil habet homo iumētis amplius. Qui tamen ex diffinitiōe rationis suā postmodū sententiā ꝓfert dicens: Quid habet amplius sapiēs stulto: ⁊ quid pauper: nisi vt pergat illuc vbi est vita? Qui igit dixit: Nil habet homo iumētis amplius. Ipse rursū diffiniuit: qꝛ habet aliquid sapiēs non solū amplius a iumēto: sed etiā ab homine stulto: videlicet: vt pergat illuc vbi est vita. Quibus verbis primū indicat: quia hic hominū vita nō est quā esse alibi testat. Habet ergo hoc homo amplius iumētis: quia illa post mortē non viuūt: hic vero tūc viuere inchoat cū per mortē carnis hanc visibilē vitā consumat: qui etiā lōge inferius dicit: Quodcūq̄ potest manus tua facere: instāter opare: qꝛ nec op⁹ nec ratio: nec sciētia: nec sapiētia erit apꝺ inferos quo tu ꝓperas. Quomodo ergo vnus interit⁹ est hominis ⁊ iumēti ⁊ equa vtriusq̄ conditio? Aut quomō nil habet homo iumētis amplius: cū iumenta post mortē carnis nō viuūt. Hominū vero spiritus ꝓ malis suis opibus post mortē carnis ad inferos deducti: nec in ipsa morte moriunt. Sed in vtraq̄ tam dispari sententia demonstrat: qꝛ cōcionator verax ē: ⁊ illud ex tentatiōe carnali intulit: ⁊ hoc postmodū ex spiritali veritate diffiniuit.

Petrus.

Libet nescisse qꝺ requisiui dū me in tanta subtilitate cōtigit discere quod nesciui Sed queso te vt me equanimiter feras: si ipē q̄z apud te more ecclesiastes nostri infirmantiū in me personā suscepero: vt eisdē infirmātibus prodesse ꝓpinquius quasi pro eorum inquisitione possim.

Gregorius.

Cur condescendentē te infirmitati proximoꝝ equanimiter nō feram cū Paulus dicat oīibus omnia factus sum: vt oēs facerem saluos. Et ipē quoq̄ dum ex cōdescensione charitatis egerī in hac re āplius venerari debes: in qua morē egregij p̄dicatoris imitaris.

De aīe inuisibili egressione Capitulū. V.

Petrus.

Quodā fratre moriente presentē fuisse me cōtigit. Qui repēte dum loqueret vitalē emisit flatū: ⁊ quē prius mecū loquentē viderā subito extinctū vidi. Sed eius anima vtrū egressa sit an nō: non vidi ⁊ valde durū videt vt credat res esse quā nullus valeat videre.

Gregorius.

Quid mirū Petre si egredientē animā non vidisti: quā ⁊ manentē in corpore nō vides. Nūquid nam modo cū mecū loqueris: quia videre ī me nō vales animā meā. Iccirco me esse exanimē credis. Natura quippe anime inuisibilis est: atq̄ ita ex corpore inuisibiliter egredit: sicut in corpe inuisibiliter manet

Petrus.

Sed vitā anime in corpore manentis pensare possum ex ipis motibus corpis: qꝛ nisi corporis anima adesset: eiusdē mēbra corporis moue-

ri nō possent: vitā vero anime post carnē
quibus motibus quibusue operibus vta-
tur dicas: vt ex rebus visis eīse colligam:
qđ videre non possum.

Gregorius.

NOn quidē similiter: sed dissimili-
ter dico: quia sicut vis anīe viuifi
cat ⁊ mouet corpus: sic vis diuina
implet: que creauit oīa: ⁊ alia inspiran
do viuificat: alijs tribuit vt viuant: alijs
vero hoc solūmudo prestat vt sint. Quia
vero esse non dubitas creantē ⁊ regentē:
implentē ⁊ circūplectentē: transcendentē
⁊ sustinentē: in circūscriptū atqꝫ inuisibilē
deū: ita dubitare nō debes hūc inuisibilia
obsequia habere. Debēt quippe ea: que
ministrant ad eius similitudinē tendere:
cui ministrāt: vt que inuisibili seruiūt: esse
inuisibilia nō dubitent. Hec autē que esse
credimus nisi sanctos angelos ⁊ spiritus
iustorum. Sicut ergo motū cōsiderans cor-
poris vitā anime manētis in corpe perpē
dis animo: ita vitā anime exeūtis a corpo
re perpēdere debes a summo: quia potest
inuisibiliter viuere quā oportet in obseqo
inuisibilis cōditoris manere.

Petrus.

REcte totū dicitur: sed mens refu-
git credere: quod corporis oculis
non valet videre.

Gregorius.

CUm Paulus dicat: est enī fides
sperandarū substantia rerū argu-
mentū non apparentū: hoc veraci
ter dicit credi: quod non valet videri naꝫ
credi iam non potest: quod videri potest:
vt tamē te breuiter reducā a te nulla visi-
bilia nisi per inuisibilia vident. Ecce eniꝫ
cūcta corporea oculus tui corpis aspicit:
nec tamē ipē corporeus oculus aliqđ cor-
poreū videret: nisi hūc res incorporea ad
videndū acueret. Nā tolle mentē que nō
videt: incassum patet oculus: q̄ videbat.
Subtrahe animā corpori: remanent pro-
culdubio oculi in corpore aperti. Si igit
per se videbāt: cur discedēte anima nihil
vident Hinc ergo collige: quia ipā quoqꝫ
visibilia nō nisi per inuisibilia videntur.
Ponamus quoqꝫ ante oculos mētis edi-
ficari domū: immēsas moles leuari: pen-
dere magnas in machinis colūnas: quis
queso te hoc opus operat: corpus visibile
qđ illas moles manibus trahit: an inuisi-
bilis aīa que viuificat corpus? tolle em̄
qđ non videt in corpe: ⁊ mox immobilia
remanent cūcta que moueri videbant vi-
sibilia corpora metallorum. Qua ex re pen
sandū est: quia in hoc quoqꝫ mūdo nihil
visibile nisi per creaturā inuisibilē dispo-
ni pōt: nā sicut oīps deus aspirādo vel im
plēdo ea q̄ rōne subsistūt: ⁊ viuificat ⁊ mo
uet inuisibilia: sic ipā īuisibilia īplēdo mo
uēt atqꝫ sensificāt carnalia corpa q̄ videt.

Qꝫ sicut vita anime manen-
tis in corpore deprehenditur ex
motu membrorum: sic vita anime
post corpus in sanctis pensan-
da est ex virtute miraculorum:
Capitulū. VI.

Petrus.

Stis fateor allegatiōibus libē
ter vict⁹: ꝓpe nulla iā esse hec
visibilia existimare cōpellor: q̄
prius in me infirmantiū ꝑsonā suscipiēs:
de īuisibilib⁹ dubitabā itaqꝫ placēt cūcta
que dicis: sed tñ sicut vitā aīe in corpe ma
nētis ex motu corpis agnosco: ita vitā aīe
post corpus apertis quibusdā rebus atte
stātibus cognoscere cupio.

Gregorius.

HAc in re si cor paratū tue dilectio
nis īuenio in allegatiōe mīme la-
boro. Nunqđ nā sancti aplī ⁊ mar
tyres xpi pñtem vitā despicerēt: ⁊ in mor-
tē carnis aīas ponerēt: nisi certiorē aīarum
vitā subseq̄ scirēt Tu vero inq̄s: qr vitā
aīe in corpe manētis ex motib⁹ corpis ag
noscis: ⁊ ecce hi q̄ aīas in mortē posuerūt
atqꝫ aīarum vitā post mortē carnis eē credi-
derūt q̄tidianis miracul' choruscāt Ad ex
ticta nāqꝫ eorum corpa viuētes egri veniūt ⁊
sanāt: piuri veniūt ⁊ dēonio vexāt: dēoni
aci veniūt ⁊ liberāt: leprosi veniūt ⁊ mū-

dãt: deferũt mortui ⁊ suscitãt. Pensa itaqꝫ eoꝝ aĩe qualiter viuũt: illic vbi viuunt: quoꝝ hic ⁊ mortua corpora in tot miraculis viuũt. Si igiꝛ vitã anime permanentis in corpore deprehẽdis ex motu membroꝝ: cur non perpẽdis vitã anime: post corpus etiã per ossa mortua in virtute miraculorum.

### Petrus.

Nulla vt opinor huic allegatiõi ratio obsistit: in qua ex rebus visibilibus cogimur credere quod non videmus.

## De egressibus animarum: Capitulũ. VII.

### Gregorius.

Paulo superius questus es morientis cuiusdaȝ egredientẽ te animã non vidisse: sed hoc ipm iã culpe fuit: qđ corporeis oculis rẽ videre inuisibilẽ quesisti. Nã multi vestroꝝ mentis oculos: fide pura ⁊ vberi oratiõe mũdãtes: egrediẽtes e carne animas frequẽter vident. Unde nũc mihi necesse est: vel qualiter egrediẽtes anime vise sint: vel quãta ipse: dũ egrederent̃ viderẽt: enarrare: quatenꝰ fluctuãti animo qđ plene ratio nõ valet: exempla suadẽt. In secũdo nanqꝫ huiꝰ operis libro iam prefatus sum: qꝫ venerabilis Benedictꝰ: sicut a fidelibus eius discipulis audiui: longe a Capuana positꝰ Germani eiusdẽ vrbis epi animã nocte media in globo igneo ad celũ ferri ab angel' aspexit. Qui eandẽ qꝫ ascendentẽ animã intuens mentis laxato sinu quasi sub vno solis radio cũctũ in suis oculis collectũ mundũ vidit.

## De egressu anime Speciosi monachi: Cap. VIII.

Eisdẽ qꝫ discipulis illius narrãtibus didici: qꝛ duo nobiles viri: a qꝫ exterioribꝰ studijs eruditi: germãi fratres quoꝝ vnꝰ Speciosus: alter vero Gregoriꝰ dicebaꝛ eius se regule in sancta cõuersatiõe tradiderũt: quos isdẽ pater in monasterio: qđ iuxta Terracinẽsem vrbẽ cõstruxerat: fecit habitare. Qui multas quidẽ pecunias in hoc mũdo possederãt: sed cũcta pauperibus ꝓ aĩarũ suaꝝ redemptiõe largiti sũt: ⁊ in eodẽ monasterio permãserũt: quorũ vnus scȝ Speciosus dũ ꝓ vtilitate monasterij iuxta Capuanã vrbẽ missus fuisset: die quadã frater eius Gregorius cum fratribus ad mẽsam sedens: atqꝫ ꝯuescẽs per spiritũ subleuatꝰ aspexit: ⁊ vidit Speciosi germani sui animã tã longe a se positi de corpe exire: qđ mox fratribus indicauit: ⁊ cucurrit iãqꝫ eundẽ fratrẽ suũ sepultũ repperit: quẽ tamen ea hora qua viderat: exisset de corpore inuenit.

## De anima cuiusdam inclusi: Capitulum. IX.

Quidã religiosus atqꝫ fidelissimus vir: adhuc mihi in monasterio posito narrauit: qꝫ aliqui de Sicilie partibꝰ nauigio Romã petẽtes: in mari medio positi cuiusdã serui dei: qui in Samnio fuerat inclusus ad celũ ferri animã viderũt. Qui descentes ad terrã causamqꝫ an ita esset acta perscrutãtes: illo die inuenerũt obijsse dei famulũ quo eũ ad celestia regna ascendisse cognouerũt.

## De egressu anime Spei abbatis: Capitulũ. X.

Adhuc in monasterio meo positus cuiusdã valde venerabilis viri relatiõe cognoui qđ dico. Aiebat enĩ qꝛ venerabilis pater noĩe Spes monasteriũ cõstruxit in loco. Cui vocabulũ Cãple est: qui sexti ferme miliarij interiacente spacio a vetusta Nursie vrbe disiungiꝛ. Hunc oĩpotens ⁊ misericors deus ab eterno verbere flagellando ꝓtexit: eiqꝫ dispensatiõi sue maximã ⁊ seueritatẽ seruauit: ⁊ gratiã quantũ eũ prius flagellando diligeret: postmodũ ꝑfecte sanãdo mõstrauit. Eius nãqꝫ oculos per .xl. annoꝝ spaciũ ꝯtinue cecitatis tenebris pressit: nullũ ei lumen vel extre-

me visionis aperiẽs. Sed qꝛ nemo in ver bere illius grã destituẽte subsistit: ⁊ nisi ipse misericors pater qui penã irrogat: pa tientiã prestet: mox per impatientiã pec- catũ nobis ipsa auget correptio peccatoꝝ: fitqꝫ mõ miserabili vt culpa nostra: vnde sperare debuit terminũ: inde sumat aug- mentũ. Idcirco nostra deus infirma ꝯspi- ciens flagellis suis custodiã permiscet: at qꝫ in percussiõe sua electis filijs nũc mise ricorditer iustus est: vt sint quib⁹ postea debeat iuste misereri Unde venerabilẽ se nem dñi exteriorib⁹ tenebris ꝓmeret inter na nunq̃ luce destituit. Qui cũ flagello fatigaret corporis: habebat per sancti spi ritus custodiã cõsolationẽ cordis. Cũ ve ro iã anni xl. fuisset in cecitate tpũs exple tũ: ei dñs lumen reddidit: ⁊ vicinũ suum obitũ denũciauit: atqꝫ vt monasterijs cir cũquaqꝫ ꝯstructis verbũ vite predicaret: admonuit: quaten⁹ corporis recepto lumie visitatis in circuitu fratrib⁹ cordis lumen aperiret. Qui statim iussis obtemperans fratrũ cenobia circuiuit: mãdata vite: que agendo didicerat: ꝑdicauit. Quĩtodeci- mo igit̃ die ad monasteriũ suũ peracta pre dicatiõe reuersus est: ibiqꝫ fratribus ꝯuo- catis astãs in medio sacramentũ dñici cor poris ⁊ sanguinis sumpsit: moxqꝫ cũ eis my sticos psalmoꝝ cantus exorsus est. Qui illis psallẽtibus oratiõi intẽtus aĩam red didit. Oẽs vero fratres qui aderãt ex ore eius exisse columbã viderũt: que mox ap to tecto oratorij egressa, aspiciẽtibus fra- tribus penetrauit celũ. Cui⁹ iccirco aĩam in colũbe specie apparuisse credendũ est: vt oñs deus ex hac ipsa specie ostenderet q̃ simplici corde ei vir ille seruisset.

## De egressu anime presbyteri Nursie ꝓuincie: Cap. XI.

Sed neqꝫ hoc sileã qđ vir vene- rabilis abbas Steffanus: qui nõ longe ante hoc in hac vrbe defunct⁹ est: quẽ ipse etiã bene nosti: in eadẽ ꝓuincie Nursie cõtigisse re ferebat. Aiebat eñi q̃ illic p̃sbyter quidã cõmissam sibi cũ magno timore dñi rege- bat ecclesiã. Qui ex tpe ordinatiõis acce pte presbyterã suã vt sororẽ diligens: sed quasi hostẽ cauens: ad se ꝓpius accede- re nunq̃ sinebat: eãqꝫ sibimet ꝓpinquare nulla occasione permittẽs ab ea sibi com- munionẽ funditus familiaritatis abscide rat. Habẽt quippe sancti viri hoc ꝓpriũ. Nam vt semp illicitis longe sint a se: ple rũqꝫ etiã licita abscindũt. Unde isdem vir ne vnq̃ per eam incurreret culpã: sibi eti am ministrari per illã recusabat necessa- ria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longã implesset vite etatẽ: anno quadra- gesimo ordinatiõis sue inardescẽte graui ter febre correptus: ad extrema deductus est. Sed cũ eum presbytera sua ꝯspiceret solutis iam mẽbris quasi in mortẽ disten- sum: si qđ adhuc ei vitale spiramen adesset: naribus eius apposita curauit aure di noscere: qđ ille sentiẽs cui tenuissimus in erat flatus: quãtulo annisu valuit vt loq̃ potuisset: inferuescẽte spiritu collegit vo- cem atqꝫ erupit dicẽs: Recede a me mu- lier adhuc igniculus viuit: paleam tolle. Illa igit̃ recedẽte: crescẽte virtute corpo- ris cũ magna cepit leticia clamare dicẽs: Beneueniãt dñi mei: beneueniãt domi- ni mei. Quid ad tantillũ seruulũ vestrũ estis dignati cõuenire? Uenio venio: gra tias ago: gratias ago. Cumqꝫ hoc iterata crebro voce repeteret: quib⁹ hoc diceret: noti sui: qui illũ circũsteterãt: requirebãt Quibus ille admirãdo respondit dicẽs: Nũquid cõuenisse hic sanctos apostolos non videtis beatũ Petrũ et Paulũ pri- mos apostoloꝝ nõ aspicitis? Ad quos ite rum cõuersus dicebat: Ecce venio: ecce venio: atqꝫ inter hec verba animam red- didit. Et qꝛ veraciter sanctos apostolos videret: eos etiam sequendo testatus est. Quod plerumqꝫ cõtigit iustis: vt in morte sua sanctoꝝ precedentiũ visiões aspiciãt ne ipsam mortis sue penalẽ sententiã per- timescãt: sed dum eoꝝ menti internoꝝ ci- uiũ societas ostendit̃: a carnis sui copula sine doloris ⁊ fortitudinis fatigatione sol uantur.

## De anima probi Reatine vr- bis episcopi. Cap. XII.

Qua ꝺ̓re neqꝫ hoc sileā ꝙ Pro
bus omnipotētis dei famulus
qui nūc in hac vrbe mōasterio
presto ē qꝺ appellat̄ Reatū: de
Probo patruo suo Reatine ciuitatꝭ epo
mihi narrare cōsueuit: dicēs: qꝛ proquin-
quāte vite eius termino eū grauissima de
p̄ssit egritudo. Cuiꝰ pater noīe Maximꝰ
pueris circūquaqꝫ trāsmissis colligere me
dicos studuit: si fortasse eiꝰ molestie sub-
uenire potuisset. Sed congregati ex vici-
nis locis vndiqꝫ medici: ad tactuz vene:
denunciauerūt eiꝰ exitū citius affuturuz.
Sed cū iam tēpus refectionis incūberet:
atqꝫ diei hora tardior excreuisset. Vene-
randꝰ episcopus de illorū potiꝰ ꝙ de sua
salute sollicitꝰ: eos qui aderāt admonuit
eū sene patre in superioris epij sui ptes ascē
dere: seqꝫ post laborem reficiēdo repare.
Oēs igit̄ ascenderūt domū: vnꝰ ei tantū-
modo puulus relictus est puer. quē nunc
quoqꝫ predictꝰ Probꝰ asserit superesse.
Qui dum lecto iacentis assisteret: subito
aspexit intrātes ad virū dei quosdā viros
stolis cādidis amictos: qui eundē quoqꝫ
candorē vestiū vultuū suorum luce vince
bant. Quia splendoris etiā claritate per-
cussus: quā illi deessent emissa cepit voce
clamare. Qua voce etiā Probꝰ episcopꝰ
cōmotus intrātes eos aspexit ⁊ cognouit:
atqꝫ eundē stridentē vagientēqꝫ puerum
cōsolari cepit: dicens. Noli timere: quia
ad me sanctus Iuuenalis ⁊ sanctꝰ Eleu-
therius martyres venerunt. Ille autem
tante visionis nouitatem nō ferens: cur-
su concito extra fores fugit: atqꝫ eos quos
viderat patri ac medicis nunciauit. Qui
concite descenderūt: sed egrum quē reli-
querant iam defunctū inuenerunt: qꝛ illi
eum secū tulerant: quorum visionem puer
ferre nō potuit qui ibi remansit.

## De transitu Galle ancille dei Cap. XIII.

Interea neqꝫ silendum arbitror
qꝺ mihi personarū grauiū atqꝫ
fideliū est relatione compertuz
Gothorū. nāqꝫ tēporibus Gal
la huius vrbis nobilissima puella Sima-
chi ac Patritij filia intra adolescētie tem
pora marito tradita: in vnius anni spacio
eius est morte viduata. Quā dum feruē-
te mundi copia ad iterandū thalamum et
opes ⁊ etas vocarent: elegit magis spiri-
talibus nuptijs copulari deo: in quibus
a luctu incipitur: sed ad gaudia eterna p-
uenitur: ꝙ carnalibus nuptijs subijci: q a
leticia semp incipiunt ⁊ ad finē cum luctu
tendunt. Huic autē cum valde ignea con
spersio corporis inesset: ceperunt medici
dicere quia nisi ad amplexus viriles redi
ret: calore nimio contra naturam barbas
esset habitura qꝺ itaqꝫ post factuz est.
Sed sancta mulier nihil exterius defor-
mitatis timuit que interius spōsi celestis
speciem amauit. Nec verita est si hoc in il
la fedaretur qꝺ a celesti sponso in ea non
amaretur. Mox ergo vt eius maritus de
functꝰ est: abiecto seculari habitu ad om-
nipotentis dei seruitiū se apud beati Pe
tri apostoli ecclesiam monasterio tradidit
ibiqꝫ multis annis simplicitati cordis at-
qꝫ orationi dedita: larga indigentibꝰ ely-
mosinarū opera impendit. Cūqꝫ omnipo-
tens deus perhennē iam mercedem red-
dere eius laboribus decreuisset: cancri vl
cere in mamilla percussa est. Nocturno
autem tempore ante lectum eius duo can
delabra lucere consueuerant quia videli-
cet amica lucis: non solum spiritales: sed
etiam corporales tenebras odio habebat
Que dum nocte quadā ex hac eadem ia-
ceret infirmitate fatigata: vidit beatū Pe
trum apostolū inter vtraqꝫ candelabra an
te suum lectū constitisse. Nec perterrita
timuit: sed ex amore sumens audaciā exul
tauit eiqꝫ dixit. Quid est domine mi: di-
missa sunt mihi peccata mea? Cui ille: be
nignissimi vt est vultus: inclinato capite an-
nuit: dicens dimissa veni. Sed quia quē-
dam sanctimonialē feminam in eodē mo-

nasterio p̄ ceteris diligebat. ilico Galla subiunxit. Rogo vt soror benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non: sed illa talis veniat tecum. hec vero quā petis die te erit tricesimo secutura. His igitur expletis visio apostoli assistentis ⁊ colloquentis ei ablata est. At illa protinus cuncte congregationis asciuit matrem eiꝗ quid viderit: quidue audierit: indicauit. Tertio autem die cum ea: que iussa fuerat: sorore defuncta est. Illa vero: quā ipsa poposcerat: die est tricesimo subsecuta. Qd factum nuncusqꝫ in eodem monasterio manet memorabile. Sicqꝫ hoc a p̄cedentibus matribus traditū: narrare illic solent subtiliter iuniores: que nūc sunt sanctimoniales virgines ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo ⁊ ipse affuissent.

## De transitu Seruuli paralytici. Cap. XIIII.

Sed inter hec sciēdum est quia sepe animabus exeuntibus electorum dulces solent laudes celestes erumpere vt dum illam libenter audiunt: dissolutionē carnis ab anima sentire minime permittant. Unde in omelijs quoqꝫ euangelij iam narrasse me memini qd in ea porticu: que euntibꝰ ad ecclesiam beati Clementis est peruia: fuit quidam Seruulus nomine cuius te quoqꝫ non ambigo meminisse. Qui quidem pauper rebus sed meritis diues erat quem longa egritudo dissoluerat. Nā ex quo illum scire potuimus vsqꝫ ad finē vite paralyticus iacebat. Quid dicā quia stare nō poterat: qui nunꝗ̄ in lecto surgere vel ad sedendū valebat. Nunꝗ̄ manū suā ad eos ducere: nunꝗ̄ se potuit in aliud latus declinare. Huic ad seruiendum mater cū fratre aderāt. ⁊ quicquid ex elemosina potuisset accipe: hoc eorū manibꝰ paupibꝰ erogabat. Nequaꝗ̄ litteras nouerat sed scripture sacre sibimet codices emerat: ⁊ religiosos quosqꝫ in hospitalitate suscipiēs: hos corā se studiose legere faciebat. Factūqꝫ est vt iuxta modū suū plene sacrā scripturā disceret cū sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat semper in dolore gratias agere: hymnis deo ⁊ laudibus. diebꝰ ac noctibꝰ vacare. Sꝫ cum iā tēpus esset vt tāta eius patiētia remunerari debuisset: membrorū dolor ad vitalia redijt. Cūqꝫ iam morti se ꝓximū agnouisset: ꝑegrinos viros atqꝫ in hospitalitate susceptos admonuit vt surgerēt ⁊ psalmos cū eo ꝓ expectatione sui exitus decantarent. Cūqꝫ cū eis ⁊ ipse moriens psalleret voces psallentiū repente compescuit cū terrore magni clamoris: dicens. Tacete nunquid nō auditis quante resonent laudes in celo. Et dum ad easdē laudes quas intus audierat: aurē cordis intēderat. Sancta illa anīa carne soluta est. Qua scꝫ exeunte tāta illic fragrātia odoris aspersa est: vt omnis qui illic aderant inestimabili suauitate replerent. ita vt ꝑ hoc patēter cognoscerēt. ꝙ eā laudibꝰ ī celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit qui nuncusqꝫ viuit ⁊ cum magno fletu attestari solet quia quousqꝫ corpꝰ eius sepulture traderent: ab eorū naribus odoris fragrantia non recessit.

## De transitu Romule ancille dei: Cap. XV.

In eisdē quoqꝫ omelijs rē narrasse me recolo. Quā Speciosus cōpresbiter meus qui hanc nouerat: me narrante attestatus est.

Eo nāqꝫ tempore quo monasterium petij: anus quedam Redempta nomine in sanctimoniali habitu cōstituta: in vrbe hac iuxta beate marie semꝑ virginis ecclesiā manebat. Hec illiꝰ discipula Erudinis fuerat. que magnis virtutibꝰ pollēs: suꝑ prenestinos mōtes vitā heremiticā duxisse ferebat. Huic aūt Redēpte due in eodem habitu discipule fuerāt vna nomine Romula ⁊ altera que nūc supest. quā quidē facie scio sꝫ noīe nescio. Tres itaqꝫ hec ī vno hitaculo cōma

nentes: morum quidē diuitijs plene: sed
tamen pauperē vitā rebus ducebāt. Hec
autem quā prefatus sum Romula aliam
quā predixi condiscipulā suā magnis vi-
te meritis anteibat. Erat quippe mire pa
tientie: summe obediētie: custos oris sui
ad silentiū: studiosa valde ad cōtinue ora
tionis vsum. Sed quia plerūqꝫ hic: quos
iam homines perfectos estimant: adhuc
in oculis summi opificis aliquid impfec-
tionis habent: sicut sepe imperiti homīes
nec dum perfecte sculpta sigilla conspici-
mus: etiā quasi perfecta laudamꝰ: que ta
men adhuc artifex considerat ꝛ limat: lau
dari iam audit ꝛ tamē ea tundere melio-
rando nō desinit. Hec quam prediximus
Romula ea: quā greco vocabulo medici
paralisim vocant: molestia corporali ꝑcus
sa est. multisqꝫ annis in lectulo decubās:
pene omni iacebat membrorū officio desti
tuta. Nec tamen hec eadē eius mentē ad
impatientiā flagella perduxerant: naz ip-
sa ei detrimēta membrorū facta fuerant ī-
crementa virtutum quia tanto solicita ad
vsum orationis excreuerat: quāto ꝛ aliud
qđlibet agere nequaꝙ̄ valebat. Nocte
igitur quadā eandē Redemptā quā pre-
fatꝰ sum. que vtrasqꝫ discipulas suas q̄si
filiarū loco nutriebat vocauit: dicēs. Ma
ter veni Mater veni. Que mox cū alia ei
us condiscipula surrexit sicut vtrisqꝫ refe-
rentibus ꝛ multis eadē res claruit ꝛ ego
quoqꝫ in eodē tēpore agnoui. Cūqꝫ nocti
medio lectulo iacentis assisterent: subito
celitus lux emissa omne illius cellule spa
cium impleuit. ꝛ splēdor tante claritatis
emicuit: vt corda assistentiū inestimabili
pauore prestringeret atqꝫ vt post ipse refe
rebant: omne in eis corpus obrigesceret
vt in subito stupore manerēt. Cepit nāqꝫ
quasi cuiusdā magne multitudinis ingre
dientis sonitꝰ audiri hostiūqꝫ cellule cō-
cuti. ac si ingredientiū turba premerēt at
qꝫ vt dicebant intrantiū multitudinē sen-
tiebant. Sed nimietate timoris ꝛ lumīs
videre nō poterant quia earū oculos ꝛ pa
uor depresserat: ꝛ ipsa tanti luminis clari
tas reuerberabat. Quā lucē protinus est
miri odoris fragrantia subsecuta ita vt ea
rum animū quia lux emissa terruerat: odo
ris suauitas refoueret. Sed cū vim clari-
tatis illiꝰ ferre nō possent cepit eadē Ro
mula assistentē ꝛ trementē Redemptam
suorū morū magistrā blanda voce conso-
lari: dicens. Noli timere mater: nō mori-
ar modo. Cūqꝫ hoc crebro diceret: paula-
tim lux que fuerat emissa subtracta est: sꝫ
is qui subsecutus est odor remansit: sicqꝫ
dies secūdus ꝛ tertius transijt: vt aspersa
odoris fragrantia maneret. Nocte igitur
quarta eandē magistrā iterum suam voca
uit qua veniente viaticū petijt ꝛ accepit.
Nec dum vero eadē Redempta vel illa
alia eius discipula a lectulo iacētis abscess
serant ꝛ ecce subito in platea ante eiusdez
cellule hostium duo chori psallentiū con-
stiterant ꝛ sicut ipse dicebant: q̄ se sexꝰ ex
vocibus discreuisse psalmodie cantus di-
cebāt: viri ꝛ femine respōdebāt Cūqꝫ an
te fores cellule. exhiberent celestes exe-
quie sancta illa anima carne soluta est.
Qua ad celum ducta: quāto chori psallē
tium altius ascendebāt: tanto cepit psal-
modia lenius audiri. quousqꝫ ꝛ eiusdem
psalmodie sonitus ꝛ odoris suauitas elō-
gata finiretur.

## De transitu Tarsille virginis. Cap. XVI.

Nonnunq̄ vero in consolatiōe
egredientis anime ipse appa-
rere solet auctor ac retributor
vite. Unde ꝛ hoc qđ de Tar-
silla amica mea in omelijs euangelij dixis
se me recolo: replicabo. que iter duas ali
as sorores suas virtute cōtinue oratiōis:
grauitate vite: singularitate abstinētie ad
culmen sanctitatis excreuerat. huicꝰ ꝑ visi
onem. Felix attauus meus huiꝰ Roma-
ne ecclesie antistes apparuit eiqꝫ mansio-
nem perpetue claritatis ostēdit: dicens.
Ueni quia in hac te lucis mansione susci
pio. que subsequente mox febre correpta
ad diē ꝑuenit extremū. Et sicut nobilibꝰ

feminis virisq3 morie̅tibus multi conue-
niunt qui eorũ ꝓximos cõsolentur: eadez
hora exitus ipsius multi viri ac femine ei
us lectulũ circũsteterũt. Tunc subito illa
sursum respicie̅s Jesum veniente̅ vidit ⁊
cũ magna vocis animaduersione cepit cir
cũstantibus clamare dicens. Recedite re
cedite Jesus venit. Cũq3 in eũ inte̅deret:
que̅ videbat: sancta illa anima est a corpe
egressa tantaq3 subito fragrãtia miri odo-
ris aspersa est vt ipsa quoq3 suauitas cun
ctis ostenderet illic auctore̅ suauitatis ve
nisse. Cũq3 corpus eius ex more mortuo-
rum ad lauandũ esset nudatũ: longe orati
onis vsu in cubitis eius ⁊ genibus came-
lorũ more inue̅ta est obdurata cutis exere
uisse ⁊ quid viuens eius spũs semp ege-
rit: caro mortua testabatur.

## De transitu Muse puelle. Cap. XVII.

Sed neq3 hoc silea̅ qd predict9
Probus dei famulus de soro-
re sua noie Musa puella par-
ua narrare consueuit: dicens. Q quadaz
nocte ei p visione̅ sancta dei genitrix vir-
go Maria apparuit atq3 coeuas ei i albis
vestibus puellas oste̅dit. Quibus illa cũ
admisceri appetisset sed se eis iungere nõ
auderet: beate Marie semp virginis e̅ vo
ce requisita an velit cũ eis esse atq3 in ei9
obsequio viuere. Cui cum puella eade̅ di
ceret: volo. ab ea mandatũ protinus acce
pit vt nihil vltra leue aut puellare age-
ret: a risu: iocis se abstineret sciens p om
nia qd inter easdem virgines quas vide-
rat ad ei9 obsequiũ die tricesimo ventret.
Quib9 visis: in cũctis suis morib9 puel-
la mutata est oe̅sq3 a se leuitates puella-
ris vite magna grauitatis detersit manu.
Cũq3 eam pare̅tes eius mutatã esse mira
rent: requisita re̅ retulit. quid sibi btã dei
genitrix iusserit vel quo die itura esset ad
obsequiũ eius indicauit. Tũc post vicesi-
maquinta die febre corrupta est. die aute̅
tricesima cũ hora exitus eius ꝓpinquassz
eande̅ beatã genitrice̅ dei cũ puellis: qs
per visione̅ viderat: ad se venire conspe-
xit. Cui se etiã vocãti respondere cepit ⁊
depressis reuere̅ter oculis: apta voce cla-
mare. Ecce dña venio ecce dña venio.
In qua etiã voce spiritũ reddidit ex virgi
neo corpe habitatura cũ sanctis virgini-
bus exiuit.

## Q quibusdã paruulis regni celestis aditus a parentibus clauditur cũ male ab eis nutriã tur. Et de puero quinq3 annorum blasphemo. Cap. XVIII.

Cum humanũ gen9 multis atq3
innumeris vitijs sit subiectum
hierusale̅ celestis patrie i ma-
ximã ptem ex puulis vel infan
tibus arbitror posse compleri.

### Gregorius.

Et si oe̅s baptizatos infantes at-
q3 in eade̅ infantia morie̅tes: igre
di in regnũ celeste credendũ est:
oe̅s tñ puulos qui scz iã loqui possunt: re
gna celestia ingredi crede̅dũ nõ est qz nõ-
nullis puulis eiusde̅ regni celestis adit9
a pare̅tibus claudit si male ipsos nutriãt.
Nã quidã vir cunctis in hac vrbe notissi-
mus ante trienniũ filiũ habuit annorũ si-
cut arbitror quinq3 que̅ nimis carnaliter
dilige̅s: remisse nutriebat atq3 isde̅ puu-
lus: qd dictũ graue est: mox vt eius anio
aliquid obstitit: maiestate̅ dei blasphema
re cõsueuerat. qui in hac ante triennium
mortalitate pcussus venit ad morte̅. Cũ-
q3 eũ suus pater in sinu teneret: sicut hi te
stati sũt: qui pñtes fuerũt: malignos ad se
venisse spũs treme̅tibus oculis puer aspi-
cie̅s cepit clamare. Obsta pater obsta pa-
ter: qui clamãs declinauit faciem vt se ab
eis in sinu patris abscõderet. Que̅ cũ il-
le tremente̅ requireret: quid videret: pu-
er adiunxit: dicens. Mauri homie̅s vene
runt qui me tollere volũt. qui cum hoc di
xisset: maiestatis nome̅ protinus blasphe

mauit ꝛ animā reddidit. At enī omnipotens deus ostēderet ꝑ quo reatu talibus fuisset tradit⁹ executorib⁹: vnde viuentē pater suus noluit corrigere: hoc morientē ꝑmisit iterare vt qui diu ꝑ diuinitatis patientiā blasphemus vixerat quādoq; per diuinitatis iudiciū blasphemaret ꝛ moreretur quatenus reatū suū pater agnosceret qui ꝑuuli filij animā negligēs nō paruulū peccatorē gehēne ignibus nutriret: sed interim hoc triste seponētes: ad ea q̄ narrare ceperā leta redeamus.

### De transitu Stephani serui dei. Cap. XIX.

Predicto etenī Probo alijsq; religiosis narrātibus viris agnoui ea que indicare audientibus de venerabili patre Stephano in omelijs euangelij curaui. Fuit etenī vir sicut ꝛ idē Prob⁹ ꝛ multi alij testant: nihil in hoc mūdo possidēs: nihil q̄rens: solā cū deo pauptatē diligēs. inter aduersa semꝑ patiam amplectēs: cōuentus seculariū fugiēs: vacare semꝑ oratiōi ꝯcupiscēs. De quo vnū bonū virtutis refero vt ex hoc vno valeāt multa eius bona pēsari. Is nāq; cū quadā die messem: quā sua manu seruerat: decisam ad areā deduxisset: nihilq; aliud cū discipulis suis ad toti⁹ anni stipēdia haberet: quidā peruerse volūtatis vir antiqui hostis stimulis instigat⁹: eādē messem igne supposito ita vt erat in area incēdit. Qđ factū dum alter ꝯspiceret: eidē dei famulo cucurrit ꝛ nūciauit. qđ postq̄ indicauit: adiunxit dicēs. Ue ve pater Stephane quid tibi cōtigit. Cui statim vultu ac mēte placida ille rn̄dit. ve quid illi contigit q̄ mihi hoc fecit. nā mihi quid cōtigit: In quib⁹ eius verbis ostēdit in quo virtutis culmie sedebat: q2 vnū qđ in sumptū mūdi habuerat tam secura perdebat mēte magisq; illi cōdolebat qui peccatū cōmiserat q̄ sibi qui peccati illius dāna tollebat. Nec pensabat quid ipse exterius: sed culpe re⁹ q̄tum perdebat intus. Hūc itaq; cū dies mortis egredi de corꝑe vrgeret: conuenerunt multi vt tam sancte anime de hoc seculo recedēti suas animas cōmendarent. Cūq; lecto hi qui cōuenerāt: omēs assisterent: alij ingrediētes angelos viderūt sed dicere aliquid nullo mō potuerunt. Alij omnino nil viderūt sed oēs qui aderāt ita vehemētissimus timor perculit vt null⁹ egrediēte illa sancta aīa illic stare potuisset. Et hi ergo qui viderāt ꝛ hi qui omnino nil viderāt vno oēs timore ꝑculsi ꝛ territi fugerūt vt palā daret intelligi que et quāta vis esset que illā egredientē aīam suscipet cuius egressum nemo mortalium ferre potuisset.

### Q; sepe anie meritū non in ipso suo egressu: sed post mortem verius declaratur. Cap. XX.

Sed inter hec sciendū est q2 aliquādo anie meritū non in ipso suo egressu ostenditur. Post mortē vero certi⁹ declaratur. Unde ꝛ sancti martyres ab infidelib⁹ crudelia multa perpessi sunt qui tamen: vt p̄diximus: ad ossa sua mortua signis quotidie ꝛ miraculis clarescunt.

### De duobus monachis valentius abbatis. Cap. XXI.

Uir etenāq; venerabilis Ualentius qui post in hac Romana vrbe mihi sicut nosti in' eo quoq; monasterio prefuit: pri⁹ in Ualerie prouincia suū monasteriū rexit: i quo dū longobardi seuiētes venissent: sicut eius narratiōe didici: duos ei⁹ monachos in ramis vni⁹ arboris suspēderūt: qui suspēsi eodē die defuncti sunt. Facto aūt vespere vtrorūq; eorū spūs claris illic apertisq; vocib⁹ psallere ceperūt. Ita vt ipsi quoq;: qui eos occiderāt: cū voces psallētium audirēt: nimiū mirati terrerent. q̄s videlicet voces captiui quoq; omēs: qui illic aderāt: audierunt. atq; eorū psalmodie postmodū testes extiterunt. Sed has

voces spirituũ omnipotẽs deus: iccirco ꝗ
tingere voluit ad aures corporũ vt viuen
tes quiqꝫ in carne discerent qꝛ si deo ser
uire studeant post carnẽ verius viuant.

## De transitu Surani abbatis.

## Cap. XXII.

Q Uibusdã religiosis quoqꝫ viris
attestãtibus adhuc in monaste
rio positus agnoui ꝙ hoc lõgo
bardorũ tẽpore iuxta in hac ꝓ
uincia que Sura nominatur. quidã mona
sterii pater vite venerabilis Suranꝰ no
mine fuerit qui captiuis aduenientibus at
qꝫ in longobardorũ depredatione fugien
tibus cunctis que in monasterio videbat
habere: largitus est. Cũqꝫ in elemosinis
vestimẽta sua ac fratrũ omnia ꝛ cellarium
cõsumpsisset ꝛ quicquid habere in horto
potuit expendit. Expensis vero rebus oĩ
bus longobardi ad eũ subito venerũt. Eũ
qꝫ tenuerũt ꝛ aurũ ab eo petere ceperunt.
Quibꝰ cũ ille diceret se omnino nihil ha
bere: in vicino monte ab eis ductus ẽ. in
quo sylua imensis magnitudinis stabat.
Ibi captiuus quidẽ fugiens in caua arbo
re latebat: vbi vnus ex lõgobardis educ
to gladio predictũ venerabilẽ occidit vi
rũ. Cuiꝰ corpe in terrã cadẽte: mõs omis
ꝓtinus ꝛ sylua cõcussa est ac si se ferre nõ
posse põdus sanctitatis eius diceret: ter
raqꝫ tremuisset.

## De transitu dyaconi prouincie Marsorum et de morte viri dei qui missus in bethel fuerat.

## Cap. XXIII.

A Lius quoqꝫ in Marsorũ ꝓuin
cia vite valde venerabilis dya
conus fuit: quẽ inuentum lon
gobardi tenuerũt: quorũ vnus
educto gladio caput eius amputauit.
Sed cum corpus eius in terrã caderet: ip
se qui hunc capite truncauerat ĩmũdo spi
ritu correptus: ad pedes eius corruit: ꝛ ꝙ
amicũ dei occidit inimico dei traditꝰ esset
ostẽdit.

Petrus.

Q Uid est hoc queso te ꝙ omnipo
tens deus sic permittit mori quos
tamen post mortẽ cuius sanctita
tis fuerint: nõ patitur celari.

Gregorius.

C Um scriptum sit. Justus quacũqꝫ
morte preuentus fuerit: iusticia ei
us nõ auferet ab eo: electi qui ꝓ
culdubio ad perpetuã vitã tendunt quid
eis obest si ad modicũ dure moriuntur.
Et est fortasse nõnunꝙ eorũ culpa licꝫ mi
nima que in eadẽ debeat morte reserari.
vnde fit vt reprobi ꝑtãtem quidẽ cõtra vi
uẽtes accipiãt. Sed illis morientibꝰ hoc
in eis grauius vindicetur: ꝙ cõtra bonos
ꝑtãtem sue crudelitatis acceperunt: sicut
idẽ carnifex qui eundẽ venerabilẽ dyaco
num viuentẽ ferire ꝑmissus est: gaudere
super mortuũ permissus non est. Quod sa
cra quoqꝫ testantur eloquia. Nam vir dei
contra Samariã missus: quia per inobe
dientiã in itinere comedit. hunc leo in eo
dẽ itinere occidit. Sed statim illic scrip
tũ est: Quia stetit leo iuxta asinã ꝛ nõ cõe
dit leo de cadauere. Ex q̃ re ostẽdit ꝙ pec
catũ inobediẽtie ĩ ipsa fuerit morte laxatũ
qꝛ idẽ leo quẽ viuentẽ presũpsit occidere:
ꝯtingere nõ presũpsit occisũ. Qui eni oc
cidẽdi ausũ hũit: de occisi cadauere cõe
dẽdi licẽtiã nõ accepit: qꝛ is q̃ culpabilis
ĩ vita fuerat: punita inobediẽtia erat iã iu
stus ex morte. Leo ergo qui prius pecca
toris vitã necauerat: custodiuit postmo
dum cadauer iusti.

## Utrum ante restitutionem corporum: in celo recipi valeãt anime iustorum.

## Capitutulum XXIIII.

Petrus.

P Lacet qd dicis: sꝫ nosse vellẽ
si tũc ante restitutionẽ corporũ
ĩ celo recipi valeãt aĩe iustorũ.

Gregorius.

Hoc neq; de oĩb9 iustis fateri
possumus: neq; de oĩbus nega
re. Nã sunt quorundã iustoꝝ ani
me que a celesti regno quibusdam adhuc
mansionibus differunt. In quo dilatiõis
damno quid aliud innuit nisi qđ de perfe
cta iusticia aliquid minus habuerũt: ⁊ ta
men luce clarius cõstat: q꞉ perfectoꝝ ani
me mox vt hui9 carnis claustra exeũt: in
celestis regni sedibus recipiunt: qđ ⁊ ip̃a
per se veritas attestat dicens: Vbicũq; fu
erit corpus: illuc cõgregabunt et aquile:
quia vbi ip̃e redemptor noster est corpe:
illuc ꝓculdubio colligunt iustoꝝ anime.
Et Paulus. Cupio dissolui ⁊ cũ xp̃o esse
qui ergo xp̃m esse in celo nõ dubitat: nec
Pauli animã esse in celo negat: qui etiã
de dissolutiõe sui corporis: atq; de inhabi
tatiõe celestis patrie dicit: Scimus quo-
niã si terrestris domus nostra hui9 habi-
tatiõis dissoluat: quod edificationẽ ha-
bemus ex deo: domũ non manufactã eter
nam in celis.

Petrus.

Si igit nunc sunt in celo anime iu-
storꝝ: quid est q̃ in die iudicij pro
iusticie sue retributiõe recipiẽt:

Gregorius.

Hoc eis nimirũ crescit in iudicio:
quod nũc animarũ sola: postmo-
dũ vero etiã corpoꝝ beatitudine
perfruunt: vt ip̃a quoq; carne gaudeãt in
qua dolores pro dño cruciatusq; pertule
rũt. Pro hac quippe geminata eoꝝ glo-
ria scriptũ est. In terra sua duplicia possi-
debũt. Hinc etiã ante resurrectiõis diem
de sanctoꝝ aĩabus scriptũ est. Date sunt
illis singule stole albe: ⁊ dictũ est illis vt
requiescerẽt tempus adhuc modicũ: do-
nec impleret numerus cõseruoꝝ ⁊ fratrũ
eoꝝ. Qui itaq; nũc singlãs acceperũt: bi-
nas in iudicio stolas habituri sunt: quia
modo animaꝝ tantũmodo: nũc autẽ aĩaꝝ
simul ⁊ corpoꝝ gloria letabunt.

## De modis quibus morientes aliqua predicũt: ⁊ de morte cu-iusdam aduocati: de reuelatiõe quoq; Gerontij ⁊ Melliti mona-choꝝ: ac de puero armentario q̃ moriturus diuersis linguis lo-quebat: Cap. XXV.

Petrus.

Assentior: sed vellẽ scire quo nã
modo agit: quod plerũq; mori
entes multa predicũt.

Gregorius.

Ipsa aliquãdo animarũ vis subti
litate sua aliquid preuidet. Ali-
quãdo eñi exiture de corpore ani
me per reuelationẽ ventura cognoscunt.
Aliquãdo vero dũ iam iuxta fit vt corpus
deserãt: diuinitus afflate in secreta cele-
stia incorporeũ mentis oculũ mittũt. Naz
quia ius anĩe aliquãdo subtilitate sua ea
que sunt ventura cognoscit: patet ex eo q̃
cuz quidã aduocatus: qui in hac vrbe an
te biduũ lateris dolore defunctus est: sed
ante paululũ q̃ moreret vocauit puerũ su
um: preparari sibi vestimẽta ad procedẽ
dũ iussit: quẽ dum puer quasi insanire cer
neret: eiusq; p̃ceptis minĩe obediret: sur-
rexit vestimento se induit: ⁊ per viã Ap-
piã ad beati Sixti ecclesiã se esse ꝓcessuꝝ
dixit: Cumq; post modicũ ingrauescente
molestia esset defunctus: deliberatũ fue-
rat vt apud beatũ Ianuariũ martyrẽ in p̃
nestina via eius corpus poni debuisset.
Sed q꞉ longũ hoc his qui funus eius cu
rauerãt visum fuisset: repente orto cõsilio
exeũtes cũ eius funere per viã Appiã ne
scientesq; illi qđ dixerat in ip̃a eũ ecclesia
quã predixerat: posuerũt. Et cũ eundẽ vi
rũ curis secularibus obligatũ: lucrisq; ter
renis inhiantẽ fuisse nouerim9 vnde hoc
predicere potuit: nisi quia id quod futuꝝ
erat eius corpori ip̃a vis aĩe ac subtilitas
preuidebat: qđ autez sepe etiã reuelatiõi-
bus agit: vt a morituris futura presciant
Ex his colligere possum9: que apud nos
gesta in monasterijs scim9. In monaste-
rio etenĩ meo quidã frater ante decenniũ

Gerontius dicebat: qui cū graui molestia corporis fuisset depressus in visione nocturna albatos viros ⁊ clari omnimodo habitus in hoc ipsum monasteriū descendere de superioribus aspexit. Qui cum coram lecto iacentis assisterēt vnus eorū dixit. Ad hoc venimus vt de monasterio Gregorij quosdā fratres in miliciā mittamus. Atq alteri precipiēs adiūxit. scribe Marcellū. Ualētinianū Agnellum atq alios quorū nunc minime recordor. Quib⁹ expletis addidit: dicēs. Scribe ⁊ hūc ipsum qui nos aspicit. Et qua visione cert⁹ redditus predictus frater facto mane īnotuit fratribus qui ⁊ que essent ex eadem cella morituri. post quos se etiā denūciauit esse secuturū. Cūq die alio ꝑdicti fratres mori ceperūt atq sub eodē ordine se in morte secuti sunt quo fuerāt in descriptiōe nominati ad extremū vero ⁊ ipse obijt: q̄ eosdē fratres morituros preuidit. In ea q̄q mortalitate que ante trienniū hanc vrbem vehemētissima clade vastauit in Portunēsis ciuitatis monasterio Mellit⁹ dict⁹ est monachus adhuc in annis iuuenilib⁹ cōstitutus sed mire simplicitatis atq humilitatis vir. qui appropinquāte vocationis die eadē clade ꝑcussus ad extrema deductus est. Nō vir vite venerabilis. Felix eiusdē ciuitatis Episcop⁹ audiēs cui⁹ ⁊ hec relatiōe ꝯgnoui: ad eū accedere studuit ⁊ ne mortem timere debuisset: verbis hunc ꝑsuasorijs ꝯfortare. Cui etiā adhuc de diuina misericordia longiora vite spacia polliceri cepit. Sed ad hec ille respōdit. cursus sui tēpora esse cōpleta: dicens apparuisse sibi iuuenē atq epistolas detulisse. dicentē aperi ⁊ lege. Quib⁹ apertis asseruit q se ⁊ omēs qui eodē tempore a ꝑdicto Episcopo in pascali festiuitate fuerāt baptizati scriptos in eisdē epistolis litteris aureis inuenit. Primū quidē vt dicebat suū nomen repperit. ac deinde oīm illorū in illo tp̄e baptisatorum. Qua de re certū tenuit ⁊ se ⁊ illos de hac vita eē sub scceleritate migraturos factūq ē vt die eadem ipse moreret atq post eū cūcti illi q̄ baptizati fuerant. ita secuti sunt vt intra paucos dies eorū nullus in hac vita remaneret. De quibus nimirum cōstat q eos predictus dei famulus iccirco auro scriptos viderat quia eorū nomina apud se fixa eterna claritas habebat. Sicut hi ita q reuelationib⁹ potuerūt futura cognoscere. ita nōnunq̄ egressure anime possūt etiā mysteria celestia non ꝑ somnū sed vigilādo prelibare. Ammoniū nāq monasterij mei monachū bene nosti qui dum esset in seculari habitu cōstitutus Ualeriani huius vrbis aduocati naturalē filiā in cōiugio sortitus eius obsequijs sedule atq īcessanter adherebat. ⁊ queq in ei⁹ domo agebant nouerat. Qui mihi iā in monasterio posit⁹ narrauit q in ea mortalitate que patricij Narse tēporibus hāc vrbē vehemēter afflixit in domo predicti Ualeriani puer Armētarius fuit percipue simplicitatis ⁊ humilitatis. Cū vero eiusdem aduocati domus eadē clade vastaretur isdem puer percussus est ⁊ vsq ad mortem deductus. Qui subito sublatus a presentibus redijt sibiq dn̄m suū vocari fecit. Cui ait. Ego in celo fui ⁊ q̄ de hac domo morituri sūt agnoui. Ille ille atq illi morituri sunt. Tu vero ne timeas quia hoc tēpore moritur⁹ non es. Ut vero scias q me in celo fuisse verum fateor. ecce accepi illic vt linguis omnib⁹ loquar. Nunquid tibi cognitū fuit me grecā linguā omnino non nosse ⁊ tamē grece loquere vt cognoscas an verū sit q me omēs linguas accepisse testificor. Cui tūc grece domin⁹ suo locutus est atq ita illi in eadem lingua respōdit vt cuncti qui aderāt mirarentur. In ea quoq domo ꝑdicti Narse spatarius vulgaris manebat qui festine ad egrū deductus ei vulgarica lingua locutus est: sed ita puer ille in Italia natus et nutrit⁹ in eadē barbara locutione respōdit: ac si ex eadē fuisset gente generatus. Mirati sunt omēs qui audiebant atq ex duarum linguarū experimēto quas eū antea nesciisse nouerant crediderūt de omnibus quas probare minime valebāt. Tūc

puer bidnum mors eius dilatata est sz die
tertio: quo occulto iudicio nescit: man⁹
ac brachia lacertosq; suos dẽtibus lania-
uit atq; ita de corpe exiuit. Quo mortuo
omnes illi quos predixerat ex hac proti-
nus luce subtracti sũt nullusq; in hac do-
mo eadem tẽpestate defunctus est qui vo
ce illius denunciatus non est.

## Petrus.

Ualde terribile est vt qui tale do-
num percipere meruit tali etiam
post hoc pena plecteretur.

## Gregorius.

Quis occulta dei iudicia sciat eaq;
in diuino examine comprehẽde-
re non possum⁹ timere magis q̃
discuttere debemus.

## De morte Theophanij comitis. Cap. XXVI.

Et autẽ de egredientibus ani-
mabus que multa prenoscunt
ea que cepim⁹ exequamur. Ne
q; hoc silendũ est qđ de Theo
phanio centerelẽsis vrbis comite in eadẽ
vrbe positus multis attestãtibus agnoui.
Fuit nãq; vir mi̇ficordie actib⁹ deditus
bonis opib⁹ intẽtus hospitalitati preci-
pue studẽs exercẽdis quidẽ comitat⁹ cu-
ris occupat⁹ agebat terrena ꝛ tẽporalia sz
vt post in fine claruit magis ex debito q̃
ex intẽtione. Nam dũ propinquãte mor-
tis eius tempore grauissima aeris tempe
stas obsisteret ne ad sepeliendũ duci potu
isset. eũq; vxor sua cũ fletu vehemẽtissimo
inquireret: dicens. quid faciã quomodo
te ad sepeliendũ eijciã quia hostium do-
mus hui⁹ egredi pre nimia tẽpestate nõ
possumus. Tunc ille respõdit. Noli mu-
lier flere. Quia mox vt ego defunct⁹ fue-
ro aeris serenitas redit. Cuius protinus
vocẽ mors ꝛ mortẽ serenitas secuta ẽ. qđ
signũ etiam alia sunt signa comitata. Nã
manus ei⁹ ac pedes podagre humore tu-
mescẽtes vsi in vulnerib⁹ fuerãt ꝛ ꝓfluẽ
te sanie patebãt. Sed dũ corpus eius ex
more ad lauandũ fuisset nudatũ ita man⁹
pedesq; ei⁹ sani inuẽti sunt ac si vnq̃ vul-
neris nil habuissent. Ductus itaq; ac se-
pultus est eiusq; cõiugi visum est vt quar
to die in sepulchro illius marmor qđ sup
positũ fuerat mutari debuisset. Qđ vide
licet marmor corpori ei⁹ superpositũ duz
fuisset ablatũ: tanta ex corpe ipsi⁹ fragran
tia odoris emanauit ac si ex putrescẽte car
ne illius pro vermib⁹ aromata ferbuissẽt.
Qđ factũ dum narrãte me in omelijs in-
firmis quibusdã venisset in dubiũ die q̃-
dam sedẽte me in cõuentu nobiliũ ipsi ar-
tifices qui in sepulchro illi⁹ marmor mu-
tauerant affuerũt aliquid me de ꝓpria cã
rogaturi. Quos ego de eodez miraculo
coram clero nobili ac plebe requisiui qui
eadẽ odoris fragrantia miro modo se re-
pletos fuisse testati sunt. Et quedã alia in
augmẽto miraculi que nunc narrare lon-
gum existimo de eodem sepulchro ei⁹ ad
diderunt.

## Quod sicut anime sanctorũ i celo: ita post dissolutionẽ corporũ iniquoꝝ anime in inferno credẽ de sint. Ca. XXVII. Petrus.

In inquisitioni mee sufficiẽter iã
video satisfactũ sed hoc est ad-
huc qđ questione animum pul
sat. Quia cũ superius dictum
sit esse iam sanctorũ animas in celo: restat
ꝓculdubio vt iniquorũ quoq; anime esse
nõ nisi ĩ inferno credant ꝛ quid hac de re
veritas habeat ignoro. Nã humana esti-
matio nõ habet peccatorũ animas ante iu
diciũ posse cruciari.

## Gregorius.

Sicut esse sanctorũ aĩas ĩ celo sacri elo
quij satisfactiõe credidisti: oz vt
ꝑ oĩa esse credas ꝛ iniquorũ aĩas
in inferno qz ex retributiõe terne iusticie
ex qua iusti iã gloriant necesse ẽ ꝑ oĩa vt
ꝛ iniusti i crucient. Nã sicut electos btĩtu
do letificat ita credi necesse ẽ qđ a die exi
tus sui ignis reprobos exurat.

## Qua ratiõe credendũ sit vt ĩ corporeos spirttus tenere ignis

corporeus possit. Ca.XXVIII.

Petrus.

ET qua ratione credenduz ē q̄a
rē incorporeā tenere ignis cor-
poreus possit.

Gregorius.

SI viuētis homīs incorpore⁹ spi-
ritus tenet̄ in corpore cur nō post
mortē cū incorpore⁹ sit spūs etiaz
corporeo igne teneatur.

Petrus.

IN. viuente quolibet iccirco incor
poreus spūs tenet̄ in corpore q̄a
viuificat corpus.

Gregorius.

SI incorpore⁹ spūs. Petre in hoc
teneri potest q̄ viuificat quare nō
penaliter et ibi teneat̄ vbi mortifi-
catur. Teneri autē spiritū p̄ ignē dicim⁹
vt in tormēto ignis sit vidēdo atq̄ sentiē
do puniat̄. Igne nāq̄ eo ipse patit̄: quo
videt et q̄r cōcremari se aspicit: crematur.
Sicq̄ fit vt res corporea incorporeā exu-
rat dū ex igne visibili ardor ac dolor inui-
sibilis trahit̄ vt p̄ ignē corporeū mēs īcor
porea etiā incorporea flāma cruciet̄ q̄uis
colligere dictis euāgelicis possum⁹ q̄r in
cēdiū aīa nō solū vidēdo sz etiā experien-
do patiat̄. Veritatis eteni voce diues mor
tuus ī inferno dicit̄ sepult⁹. Cuius aīa q̄r
igne teneat̄ insinuat voce: q̄ Abraā dep̄-
cat̄. dicēs. mitte Lazarū vt intīgat extre-
mū digiti sui ī aquā vt refrigeret linguaz
meā q̄r crucior ī hac flāma. Dū ergo pec-
catorē diuitē dānatū veritas igne p̄hibet
quisnā sapiēs reproboruz animas teneri
ignibus neget.

Petrus.

EEce rōe ac testimonio ad creduli-
tatē flectit̄ anim⁹ sz dimissus iter
ad rigorē redit. Quō enī res cor-
porea rē incorporeā teneat atq̄ affligere
possit: ignoro.

Gregorius.

DIc q̄so an apostatas spūs a celesti
gloria delectos esse corporeos an
incorporeos suspicaris.

Petrus.

QUis sanū sapiēs esse spūs corpo-
poreus dixerit.

Gregorius.

GEhēne ignē eē corporeū fateris.

Petrus.

IGnē gehēne corporeū esse nō am
bigo in q̄ certū est corp̄a cruciari.

Gregorius.

CErte reprobis veritas in fine dic
tura ē. ite ī ignē et̄nū q̄ p̄at⁹ ē dia
bolo et āgel' ei⁹. Si igit̄ dyabol⁹
et⁹ q̄ āgeli cū sint īcorp̄ei corp̄eo sūt igne
cruciādi q̄d mir si aīe et añq̄ recipiāt cor-
pora p̄nt corp̄ea sentire tormēta.

Petrus.

PAtet ratio nec debet de hac re vl
terius questione dubitare.

Gregorius.

De morte Theodorici regis
Arriani. Cap.XXIX.

POstq̄ laboriose credidisti op̄e p̄-
ciū credo si ea: q̄ mihi a viris fide
libus sūt gesta: narrauero. Julia
n⁹ hui⁹ Rōane eccl'ie: cui deo auctore de
seruio: scd̄us defēsor: q̄ añ septē fere ānos
defūct⁹ ē: ad me adhuc ī mōasterio positū
crebro vēiebat et mecū colloq̄ de aīe vtili
tate ↄsueuerat. hic itaq̄ mihi q̄dā die nar
rauit: dicēs. Theodorici regis t̄p̄ib⁹ p̄r̄ so
ceri mei ī Sicilia exactōez canonis egerat
atq̄ iā ad italiā rediebat. Cui⁹ nauis ap-
pulsa ē ad īsulā q̄ Liparis appellat̄. Et q̄r
illic vir q̄dā solitari⁹ magne virtutis hītā-
bat: dū naute nauis armamēta reparēt vi
suz ē p̄dicti p̄r̄i soceri mei ad eūdē virū di
p̄ger̄ seq̄ ei⁹ orōnib⁹ ↄmēdar̄. Quos vir
dn̄i cū vidissz eis īt̄ alia colloq̄ns dixit scitis
q̄r rex theodoric⁹ mortu⁹ ē: cui illi p̄tin⁹
rn̄der̄t. Absit: nos eū viuētē dimisim⁹ et

nihil tale ad nos nūcusꝗ ꝑlatū est. Qui-
bus dei famulus addidit dicēs: Etiā mor
tuus est: nā hesterno die hora nona inter
Johannē papā ⁊ Simachū patriciū disci
ctus: atꝗ discalciatus: ⁊ vinctis manibꝰ
deductus: in hanc vicinā vulcani ollā ia-
ctatus est. Qđ illi audiētes sollicit con-
scripserūt diē: atꝗ in italiā reuersi: eo die
Theodoricū regē inuenerūt fuisse mortu
um: quo eius exitus atꝗ suppliciū dei fa
mulo fuerat ostēsum: ⁊ quia Johannē pa
pam affligēdo in custodia occidit Sima-
chū quoꝗ patriciū ferro trucidauit ab il-
lis in ignē mitti aperuit: quos in hac vi-
ta iniuste iudicauit.

## De morte Reparati: Capitulum. XXX.

Odē quoꝗ tempe quo primū
remote vite desiderio ambula-
bā quidā honestus senex De-
usdedit noīe: valde huiꝰ vrbis
nobilibꝰ amicus: mihi quoꝗ in amicitijs
sedule iungebaṫ. Qui mihi narrabat di-
cens: Gothoꝝ tempe quidā expectabilis
vir Reparatus nomīe venit ad mortem.
Qui dū diu iam cōmutatus ac rigidꝰ ia-
ceret: visū est ꝙ ab eo funditus flatus vita
lis exisset: atꝗ exanime remāsisset corpꝰ.
Cūꝗ ⁊ multi qui cōuenerāt: ⁊ eū iaz mor
tuū familia lugeret: subito redijt: ⁊ cūcto-
rū plāgentiū in stuporē verse sunt lachry
me. Qui reuersus ait: Citius ad ecclesiā
beati Laurētij martyris: qui ex noīe con
ditoris Damasi vocaṫ: pueꝝ mittite: ⁊ qđ
de Tiburtio p̄sbytero agaṫ: videat ⁊ re-
nūciare festinet: qui videlicet tūc Tibur-
tius carnalibus desiderijs subiacere fere
baṫ. Cuiꝰ adhuc vite moꝝ bene quoꝗ flo
rētius eius nūc ecclesie p̄sbyter meminit.
Cū vero puer pergeret: narrauit isdē Re
paratus: q̄ ad se reuersus fuerat: q̄d de il-
lo: vbi ductus fuerat: agnouit dicēs: Pa
ratus fuerat rogus ingēs: deductus autē
Tyburtius p̄sbyter in eo est suppositus:
atꝗ supposito igne cōcrematus. Aliꝰ au
tē parabaṫ rogus cuiꝰ a terra in celū cacu
men tendi videbaṫ. Cui emissa voce cla-
matū est: cuiꝰ esset. His dictis statim Re
paratus defunctus est. Puer vero q̄ trās
missus fuerat ad Tyburtiū iaz eū mortuū
inuenit. Qui videlicet Reparatꝰ ductus
ad loca penarum vidit: redijt: narrauit ⁊
obijt. Aperte monstraṫ: qꝛ nobis illa nō
sibi videret: q̄bus duz adhuc cōcessum est
viuere: licet etiā a malis opibus emēdare
Rogū vero cōstrui Reparatꝰ vidit: nō ꝙ
apud infernū ligna ardeant: vt ignis fiat:
sed narraturus hec viuētibus illa de incē
dio prauoꝝ vidit: ex quibus nutriri apud
viuētes corporeus ignis solet: vt per hec
assueta viuentes discerent: quid de insue-
tis timere debuissent.

## De morte Curialis cuius sepulchrum incensum est: Capitulū. XXXI.

Erribile etiā quoddā in Vale-
rie ꝓuincia cōtigisse vir vite ve
nerabilis Maximianꝰ siracusa
nus ep̄us: qui diu in hac vrbe
meo monasterio p̄fuit: narrare ꝯsueuit di-
cēs: Quidā curialis illic sacratissimo pa
schali sabbato iuuenculā cuiusdā filiaz in
baptismate suscepit. Qui dū post ieiuniū
domū reuersus: multoꝗ vino ebriatus eā
dem filiā suā secū manere petijt: eāꝗ no-
cte illa qđ dictu nefas est: perdidit. Cūꝗ
mane facto surrexisset: reꝰ cogitare cepit:
vt ad balneū ꝑgeret: ac si aqua balnei la-
uaret maculā pcti. Perrexit igiṫ lauit ce-
pitꝗ trepidare an eccl'iaz igredi vellet: sꝫ
si tāto die nō iret ad ecclesiā erubescebat
hoīes. Sin ꝟo iret ꝑtīescebat iudiciū dei
Vicit itaꝗ hūana verecūdia: ꝑrexit ad ec
clesiā: sꝫ tremebūdus ac pauēs stare cepit
atꝗ ꝑ singula momēta suspectꝰ qua hora
immūdo spiritui traderet: ⁊ corā oīm po-
pulo vexaret. Cūꝗ vehemēter timeret et
in illa missarū celebritate quasi aduersi ni
hil cōtigit: qui letus exijt ⁊ die altero ec-
clesiā iam securus intrauit. Factūꝗ est vt
per sex cōtinuos dies letus ac securus ꝓ-
cederet: estimans ꝙ eius scelus dn̄s aut
nō vidisset: aut visum misericorditer auer
tisset. Die autē septimo subita morte de-

functus est. Cūq₃ sepulture traditus fuisset: per longū tempus cūctis vidētib⁹ de sepulchro illius flāma exijt: ꝛ tam diu ossa eius cōcremauit: quousq₃ om̄e sepulchrū ꝯsumeret: ꝛ terra que in tumulū collecta fuerat: defossa videret. Quod videlicet om̄ipotens deus faciēs ostendit: q̄d licet anima in occulto pertulit: cuius ietiam corpus ante humanos oculos cōsumpsit. Qua in re nobis quoq₃ hec audiētibus exemplū formidis dare dignatus est: quatenus ex hac ꝯsideratiōe colligamus quid aīa viuens ac sentiēs pro reatu suo patiat si tanto ignis supplicio: etiā insensibilia ossa concremant.

## An boni bonos in regno: ꝛ mali malos in supplicio agnoscāt. Capitulū. XXXII.

**Petrus.**

Nosse velim: vel si boni bonos in regno: vel mali malos in supplicio agnoscant.

**Gregorius.**

Huius rei sentētia in verbis est dominicis: quā iam superius protulimus: luce clarius demōstrata. In quib⁹ dum dictū esset: hō erat diues ꝛ induabat purpura ꝛ bysso: ꝛ epulabat quotidie splēdide: ꝛ erat quidā mendic⁹ nomīe Lazarus: qui iacebat ad ianuā ei⁹ vlceribus plenus: cupiēs saturari de micis: que cadebāt de mēsa diuitis: ꝛ nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebāt ꝛ lingebant vlcera eius. Subiūctum est ꝙ mortuus Lazarus portatus est ab angelis in sinū Abrae: ꝛ mortuus est diues: ꝛ sepultus est in inferno. Qui eleuās oculos suos cū esset in tormētis vidit Abraā a longe ꝛ Lazarum in sinu eius. Et ipse clamauit dicens: Pater Abraā: miserere mei: ꝛ mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā: ꝛ refrigeret linguā meam. quia crucior in hac flāma. Cui Abraā dixit: Fili recordare: quia recepisti bona in vita tua: ꝛ Lazar⁹ similiter mala. Diues autē iam spem de seipo salutis nō habēs ad promerendā suoꝝ salutem cōuertit dicens: Rogo te pater: vt mittas eū in domo patris mei. Habeo em̄ quinq₃ fratres: vt testet illis ne ꝛ ipi veniant in locū hūc tormentoꝝ. Quibus verbis aperte declarat: quia ꝛ boni bonos: et mali malos cognoscūt. Si igitur Abraā Lazarū minime cognouisset: nequaꝙ ad diuitem in tormentis positū de trāsacta eius cōtritione loqueret dicens: ꝙ mala receperit in vita sua: ꝛ si mali malos nō cognoscerent nequaꝙ diues in tormentis positus fratrum suoꝝ etiam absentiū meminisset. Quomodo em̄ presentes nō posset agnoscere: qui etiā pro absentiū memoria curauit exorare. Qua in re illud quoq₃ ostendit ꝙ nequaꝙ ipse requisisti: ꝛ quia boni malos: ꝛ mali cognoscūt bonos. Nam diues ab Abraā cognoscit cui dictū est: Recepisti bona in vita tua: ꝛ electus Lazarus a reprobo est diuite cognitus: quem mitti precat ex nomine dicēs: Mitte Lazarū vt intīgat extremū digiti sui in aquā ꝛ refrigeret linguā meā: in qua videlicet cognitiōe vtriusq₃ partis cumulus retributiōis excrescit: vt boni amplius gaudeant: qui secū eos letare conspiciūt: quos amauerūt. Et mali dum cū eis torquent: quos in hoc mundo despecto deo dilexerunt: eos nō solum sua: sed etiā eoꝝ pena consumat. Fit autē in electis quoddā mirabili⁹: quia nō soluꝫ eos agnoscūt: quos in hoc mūdo nouerāt: sed ꝛ inuisos ac incognitos recognoscūt bonos quos nunꝙ viderūt. Nam cū antiquos patres in illa eterna hereditate viderint: eis incogniti per visionē non erūt: quos in opere semp nouerūt. Quia enim illic omnes cōmuni claritate deū conspiciūt. Quid est qđ ibi nesciāt: vbi scientē omnia sciūt?

## De religioso quodā moriente: qui prophetas vidit: Capitulū. XXXIII.

Nam quidam noster religiosus vir: ꝛ vite valde laudabilis: eū ante quadriēniū moreret: sicut

religiosi alij qui presentes fuerũt: testati sunt: in hora exitus sui Jonã prophetam: Ezechielẽ quoq; & Danielem cepit aspicere: eosq; dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se venisse diceret: & depressis luminibus eis reuerentie obsequiũ preberet: ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi que erit in illa incorruptibili vita noticia: si vir iste adhuc in carne corruptibili positus: prophetas sanctos: quos nimirũ nunꝙ viderat: agnouit.

## Qꝫ ignote anime sepi⁹ se cognoscant: Et de morte Johannis & Ursi: Emorphij quoq; et Stephani: Capitulũ. XXXIIII.

Solet autem plerũq; contingere: vt egressura anima eos etiam recognoscat: cum quibus pro equa itate culparum: vel etiam premiorum in vna est mansione deputãda. Nam virtute venerabilis Eleutherius senex: de quo precedente libro multa narraui: in monasterio suo germanum fratrem Johannẽ nomine se habuisse perhibuit: qui ante dies quattuordecim suũ fratribus exitũ predixit. Cũq; decrescentes quotidie computaret dies: ante triduum quam vocaretur ex corpore: febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens mysteriũ dominici corporis & sanguinis accepit: vocatisq; fratribus coram se psallere precepit: quibus tamẽ anthiphonam ipse per semetipsum: de semetipo imposuit dicens: Aperite mihi portas iusticie: & ingressus in eas cõfitebor domino: hec porta domini: iusti intrabũt per eam. Cunq; coram eo assistentes fratres psallerent: emissa subito & producta voce clamauit dicens: Urse veni. Quod mox vt dixit: eductus de corpore mortalẽ vitam finiuit. Mirati sunt fratres: quia hoc: qđ moriens frater clamauerat: ignorabant. Quo defuncto in mõasterio facta est magna tristicia. Quarto autẽ die quibusdã fratribus necessariũ fuit: vt ad monasterium aliud positum longe transmitterent. Illuc ergo eũtes fratres omnes eiusdem monasterij monachos tristes vehemẽter inuenerũt. Quibus cum dicerent: quid habetis ꝙ vos in tanto merore deprimitis? Responderũt dicentes: Loci huius desolationẽ gemimus: quia vnus frater cuius nos vita in hoc monasterio cõtinebat: hodie quartus est dies ꝙ ex hac luce subtractus est. Cũq; fratres qui venerãt studiose inquirerent: qualiter dictus fuisset. Responderunt vrsus: Qui vocationis eius horam subtiliter inquirẽtes ipo eum momento cognouerunt exisse de corpore quo per Johãnem: qui apud eos defunct⁹ est: fuerat vocatus. Qua ex re colligitur: quia vtrorũq; par fuerit meritum eisq; datum est: vt in vna mansione socialiter viuerent: quibus ex corpore cõtigit socialiter exire. Sed neq; hoc silẽa quod dum adhuc laycus viuerez: atq; in domo mea: que mihi in hac vrbe ex iure patris obuenerat: manerem: de quibusdam vicinis meis me contigit agnouisse. Quedã namq; iuxta me vidua Galla dicebatur: hec Emorphiũ nomine iuuenem filiũ habebat: a quo non longe quidam Stephanus: qui alio nomĩe Optio dictus fuit habitabat. Sed isdem Emorphius ad extrema vite veniens vocauit puerum suũ: eiq; precepit dicẽs: Uade citius & dic Stephano optioni: vt cõcitus veniat: quia ecce nauis apparata ẽ: vt ad Sycliã duci debeamus. Cũq; puer hunc insanire crederet: & obedire recusaret: cepit ille vehementer innuere dicens: Uade & nuncia illi quod dico: quia non insanio. Egressus est puer vt ad Stephanũ pergeret: cunq; in mediũ tunc venisset: ei alius quidã obuiã factus est: qui hunc requisiuit dicens Quo vadis? Cui respõdit. Ad Stephanũ optionem a domino meo missus sum. Atq; illi ꝓtinus dixit: Ab eo venio: sed ante me hac hora defunctus est. Reuersus vero est puer ad Emorphiũ dominuz

suū: sed iam eum mortuū inuenit. Sicq
factū est vt dum alter obuiam venit: et ex
medio itinere puer reuersus est: vt ex mē
sura spacij potuisset colligi q vno momē
to vtriq fuerant vocati.

### Petrus.

Terribibile est valde quod dicitur
sed queso te: cur egredienti ani
me nauis apparuit: vel se ad Sy
ciliā duci moriturus predixit.

### Gregorius.

Anima vehiculo non eget: sed mi
rū non est si adhuc homini in cor
pore posito illud apparuit: quod
per corpus assueuerat videre: vt per hoc in
telligi daretur: quo ei9 anima spiritaliter
duci potuisset. Quod vero se ad Syciliā
duci testatus est: quid sentiri aliud potest
nisi q pre ceteris locis in eius terre insu
lis eructante igne tormentorū olle patue
runt: que vt solent narrare qui nouerūt:
laxatis quotidie finibus excrescūt: vt mū
di termino appropinquante: quanto cer
tum est illuc amplius exurendos colligi:
tanto et eadem tormentorū loca amplius
videantur apparere. Quod omnipotens
deus ad correptionem viuentium in hoc
mundo voluit ostendi: vt mentes infide
lium: que inferni tormenta esse non cre
dūt tormētorum loca videāt que audita cre
dere recusant. Quod vero siue electi siue
reprobi: cui9 cōmunis causa in opere fue
rit: in loca etiam cōmunia deducant. Ve
ritatis nobis verba satisfacerent: si etiam
exempla deessent: ipsa quippe propter ele
ctos in euangelio dicit. In domo patris
mei mansiones multe sunt: si enim dispar
retributio in illa beatitudine eterna non
esset: vna potius mansio q multe essent.
Multe ergo mansiones sunt: in quibus
et distincti bonorum ordines sūt: vt propter
meritorum consortium cōmuniter leten
tur: et tamen vnū denarium omnes labo
rantes accipiant: qui in multis mansioni
bus distinguūtur. Quia et vna est beati
tudo q illic percipiunt: et dispar retribu
tionis qualitas q per opera diuersa con
sequūtur: que nimirum veritas iudicij sui
diem denunciās ait: Tunc dicam messo
ribus: colligite zizaniā: et ligate eam in fa
sciculos ad comburendū. Messores quip
pe angeli zizania ad cōburendū in fasciculis
ligant: cū pares paribus in tormentis si
milibus sociant: vt superbi cū superbis: lu
xuriosi cū luxuriosis: auari cum auaris: fal
laces cum fallacibus: immūdi cum immū
dis: infideles cum infidelibus ardeant.
Cum ergo similes in culpa ad tormēta si
milia deducantur: quia eos in locis pena
libus angeli deputāt quasi zizaniarū fasci
culos ad comburendū ligant.

## De his qui quasi per errorem educi vidētur e corpore: Et de vocatione ac reuocatione Petri monachi: De morte quoq et resuscitatione Stephani: ac de visione cuiusdam militis: De quodam etiam viro nomine Deusdedit: cui9 domus sabbato edificabatur: et pena zodomitarū: Capitulū. XXXV.

### Petrus.

Ad inquisitionē meam respon
sionis satisfactio patuit causa ra
tionis: sed quid nam est? queso
te: q nonnulli quasi per errorem
extrahūtur de corpore: ita vt facti exani
mes redeant: et eorum quisq audisse se di
cat: quia ipse non fuerit qui erat iussus de
duci?

### Gregorius.

Hoc cum sit Petre: si bene perpē
ditur: non error: sed admonitio
est. Superna enim pietas ex mag
gna misericordie sue largitate disponit:
vt nonnulli etiam post exitum ad corpus
redeant: et tormenta inferni: que audi
ta non crediderant: saltem visa pertime
scāt. Nam quidā Illiricianus monachus
qui in hac vrbe in monasterio mecū mane

bat: mihi narrare ꝯsueuerat q꞉ q̃dda tpe:
cū adhuc ī heremo moraret꞉ agnouerit ꝙ
Petr⁹ quidā mōach⁹ ex regione hiberie
qui ei in loco vaste solitudinis: cui Euasa
nomen est inhereba t: sicut ipso narrante
didiceraȝ: prius ꝙ heremū peteret: mole
stia corpis interueniēte defunct⁹ est sȝ ꝓ=
tinus corpori restitut⁹: inferni se suppli=
cia atqȝ innumera loca flammarū vidisse
testabat. Qui etiaȝ quosdā huius seculi
potētes in eisdē flāmis suspēsos se vidisse
narrabat. Qui cū iam deduct⁹ esset vt in
illas ⁊ ipse mergeret꞉ subito angelū cho=
rusci habitus apparuisse fatebat qui eum
in ignē mergi prohiberet. Cui etiā dixit
regredere ⁊ qualiter tibi post hoc iuuan=
dum sit cautissime attēde. Postꝙ vocem
paulatim recalescētibus mēbris ab eter=
ne mortis somno euigilans cūcta: que cir
ca illuȝ fuerant gesta: narrauit tantisqȝ se
post modū ieiunijs vigilijsqȝ cōstrinxit vt
inferni eū vidisse ⁊ pertimuisse tormenta
etiā si taceret lingua: cōuersatio loquere=
tur. Quippe cū omnipotētis dei mira lar
gitate in morte actū est ne mori debuisset
Sed quia humanū cor grauis valde du=
ricie esse solet ita ut ipsam quoqȝ penaruȝ
ostensioneȝ que omnib⁹ vtilis est ꝯtēnat.
Nā illustris vir Stephanus: quē bñ no=
sti: de semetipso mihi narrare cōsueuerat
q꞉ in Cōstātinopolitana vrbe ꝓ quadaȝ
causa demorat⁹ ⁊ molestia corpis defūc=
tus est. Cūqȝ medic⁹ atqȝ pigmētari⁹ ad
aperiendū eū atqȝ condiendū esset quesit⁹
die eodē minime inuētus: subsequēte noc
te corp⁹ iacuit inhumatū. Qui duct⁹ ad
inferni loca: vidit multa que prius audi=
ta nō credidit. Sed cū presidēti iudici ꝑ=
sentat⁹ fuisset: ab eo recept⁹ nō est ita vt
diceret: nō hunc adduci sed Stephanuȝ
ferrariū iussi. Qui statim reduct⁹ est ī cor
pore ⁊ Stephan⁹ ferrarius qui iuxta euȝ
habitabat eadē hora defunctus est: sicqȝ
probatū est vera fuisse verba que audierat
dū hec effectus mortis Stephani demō=
strauit. Ante trienniū quoqȝ in hac pesti=
lentia que hanc vrbem clade vehemētis=
sima depopulauit. In qua etiam corpora=
li visu sagitte celitus venire ⁊ singulos q̃s
qȝ ferire videbantur: sicut nosti: Stepha
nus isdem defunctus est. Quidā vero mi
les in hac eadē nostra vrbe percussus ad
extrema peruenit. qui eductus e corpore
exanimis iacuit: sed citius redijt ⁊ que cū
eo fuerant gesta: narrauit. Diebat enim si
cut tūc res eadē etiā multis innotuit. Nā
pons erat sub quo niger atqȝ caligosus fe
toris intollerabilis nebulā exalās fluui⁹
decurrebat. Transacto autē ponte ame=
na erant prata atqȝ virētia odoriferis her
barum floribus exornata in quib⁹ albato
rum hominū cōuenticula esse videbātur.
Tantusqȝ in eodē loco odor suauitatis in
erat vt ipsa suauitatis fragrantia illic de
ambulantes habitantesqȝ satiaret. ibi mā
siones diuersorum singule magnitudine
lucis plene. ibi quedam mire potētie edi=
ficabatur domus que aureis videbatur la
terculis construi. Sed cuius esset nō po=
tuit agnosci. Erant vero super ripam pre
dicti fluminis nōnulla habitacula sȝ alia
exurgentis fetoris nebula tangebat. alia
autē exurgens fetor a flumine minime tā
gebat. Hec vero erat in predicto ponte ꝓ
batio vt quisquis per euȝ iniustus vellet
transire: in tenebrosum fetetēqȝ fluuiū la=
bereretur. Iusti vero quibus culpa non ob=
sisteret securo per eū gressu ac libero ad lo
ca amena peruenirēt. Ibi se etiā Petruȝ
ecclesiastice familie maiorē qui ante qua=
drienniū est defunctus: deorsum positū in
locis deterrimis magno ferri pondere re=
ligatum ac depressum vidisse cōfessus est.
Qui dum requireretur cur ita esset: ea se
dixit audisse que nos qui eū in ecclesiasti=
ca domo nouimus: sciētes eius acta reco=
limus nāqȝ dictum est. Hec iccirco pati=
tur quia si quid ei pro facienda vltione vi
debatur ad inferēdas plagas plus ex cru
delitatis desiderio ꝙ obediētie seruiebat.
Quod sic fuisse nullus: qui illū nouerat: ig=
norat. Ibi se etiā quendā pegrinū p̄sbyte
rū vidisse fatebat qui ad predictū pontem
veniens: tanta per eum auctoritate tran=

sijt quāta ꝛ hic sinceritate vixit. In eodē quoqꝫ ponte hūc quem prediximꝰ Steffanū se cognouisse testatus est: qui dū trā sire voluisset eius pes lapsus est: ꝛ ex medio corpore iam extra pontē deiectus: a quibusdā deterrimis viris ex flumine surgentibus per coxā deorsum: atqꝫ a quibusdā albatis ꝛ speciosissimis viris cepit per brachia sursum trahi. Cūqꝫ hoc luctamē esset vt hūc boni spiritꝰ sursum: mali deorsum traherēt: ipse qui hec videbat: ad corpus reuersus est: ꝛ quid de eo plenius gestū sit: minime cognouit. Qua in re de eiusdē Steffani vita datꝫ intelligi: quia in eo mala carnis cū elemosynarū operatiōe certabāt. Qui enī per coxas deorsuꝫ: per brachia trahebatꝫ sursum: patet nimirū qꝛ ꝛ elemosynas amauerat: et carnis vicijs perfecte nō resistebat que eū deorsum trahebat. Sed in illo occulto arbitris examine: quid in eo vicerit: ꝛ nos ꝛ eū qui vidit ꝛ reuocatus est: latet. Constat tamē: quia isdem Steffanus postq̄ sicut superiꝰ narraui: ꝛ inferi loca vidit: ꝛ ad corpus rediit: perfecte vitā minime correxit: qui post multos annos de corpe adhuc in certamine vite ꝛ mortis exijt. Qua de re colligitꝫ quia ipa quoqꝫ inferni supplicia cū demōstrantꝫ: alijs hoc in adiutoriū: alijs vero in testimoniū fiat: vt isti videāt mala que caueāt: illi vero eo amplius puniātꝫ: quoniā inferni supplicia visa ꝛ cognita vitare noluerunt.

### Petrus.

Quid est hoc queso te: qđ in amenis locis cuiusdā domus laterculis aureis edificari videbatꝫ. Ridiculū est valde si credimus: q̄ in illa vita adhuc metallis talibus egeamus.

### Gregorius.

Quis hoc sic si sanum sapit: intelligat: sed per hoc qđ illic ostensum est: quisquis ille est cui māsio ita construebatꝫ: aperte datꝫ intelligi: quid est quod hic operatꝫ. Nam qui modo premia eterne lucis elemosynarū largitate ꝓmerebitꝫ: nimiruꝫ constat: quia auro edificat mansionē suam. Quod enī superius memor non fui: vt dicereꝫ Isdem miles: qui hec viderat: narrabat q̄ eosdē laterculos aureos ad edificationē domus senes ac iuuenes: puelle ꝛ pueri ferebāt. Qua ex re colligitꝫ Quia hi quibus hic pietas facta est: ipi illic operatores esse videbantꝫ.

Hic etiā quidam iuxta nos Deusdedit noīe religiosus habitabat: qui calciamenta solebat operari. De quo alter per reuelationē vidit q̄ eiꝰ domus edificabatꝫ: sed in ea cōstructores sui solo die sabbati videbātꝫ operari. Qui eiusdē viri postmodū subtiliter vitam requirens: inuenit: quia ex his que diebus singulis laborabat: quicquid ex victu atqꝫ vestitu superesse potuisset: die sabbato ad beati Petri ecclesiā deferre consueuerat: atqꝫ indigētibus erogare. Qua ex re perpende: qꝛ non immerito domus ipius fabrica sabbato crescebat.

### Petrus.

Hac de re mihi idonee video satisfactū: sed queso te: quid esse dicimus q̄ quorundā habitacula fetoris nebula tangebantꝫ: quorūdam vero tangi nō poterant: vel q̄ pontē: quid est: q̄ fluuiū vidit?

### Gregorius.

Ex rerū Petre imaginibus pensantꝫ merita causarū. Per ponteꝫ quippe ad amena loca transire iustos aspexit: quia angusta valde est semita que ducit ad vitā. Et fetentē fluuiū decurrentē vidit: quia ad yma quotidie defluxit carnaliū hic putredo viciorum. Et quorūdam habitacula a fetoris nebula tāgebantꝫ: ꝛ quorūdam vero ab ea tangi nō poterāt. Quia sunt pleriqꝫ qui multa iaꝫ bona opera faciūt: sed tamen adhuc carnalibus vicijs in cogitatiōe delectatiōe tanguntꝫ: ꝛ iustū valde est: vt illic nebula fetoris obsiderat: quos hic adhuc carnis fetor delectat. Unde ꝛ eandē delectatione carnis esse beatus Job in fetore cōspiciens: de luxurioso ac lubrico sententiam protulit dicens: Dulcedo illius vermis.

Qui autē perfecte cor ab omni delectatione carnis excutiūt constat nimirū: qꝛ eoꝝ habitacula fetoris nebula nō tangunt Et notandū ꝙ isdem fetor esse ⁊ nebula visa sit: qꝛ nimirū carnalis dilectatio mentē: quā inficit: obscurat: vt veri luminis claritatē non videat: sed vnde delectatꝰ inferius: inde caliginē supernā patiatꝰ.

Petrus.

Petamus ne in hac auctoritate sacri eloquij posse mōstrari: vt culpe carnaliū fetoris pena puniantꝰ

Gregorius.

Potest nāqꝫ libro Geneseos attestante dicimꝰ: quia super Sodomitas dominꝰ ignem et sulphur pluit: vt eos ⁊ ignis incēderet: ⁊ fetor sulphuris necaret. Quia enī amore illicito corruptibilis carnis arserāt: simul incēdio ⁊ fetore perierūt: quatenꝰ imperia sua cognoscerēt: quia eterne morti fetoris sui se delectatiōe tradidissent.

Petrus.

De his quibꝰ dubius fui nihil mihi fateor questionis remansisse.

## Qꝫ quorundā anime adhuc in corpe posite: penale aliquid de spiritalibus vident: Et de Theodoro puero:

## Capitulum. XXXVI.

Gregorius.

Sciendū quoqꝫ est: quia nonnū ꝙ anime adhuc in suis corporibus posite penale aliqͩd de spiritalibꝰ vidēt. Qđ tamen quibusdā ad edificationē suā: quibusdā vero cōtingere ad edificationē audientiū solet Nā is de quo in omelijs corā populo me narrasse iā memini inquietus valde Theodorus nomīe puer fuit: qui in monasteriū meū fratrē suū necessitate magis ꝙ volūtate secutus est. Cui nimirū graue erat: si quis ꝓ salute sua aliqͩd loqueretꝰ. Bona enī non solū facere: sed etiā audire nō poterat: nunꝙ se ad sancte cōuersatiōis habitū venire iurādo: irascēdo: deridēdo: testabatꝰ. In hac aūt pestilētia: que nuꝑ huius vrbis populū magna ex parte cōsumpsit: percussus in inguine est perductus ad mortē. Cūqꝫ extremū spiritū ageret: cōuenerūt fratres vt egressū illius orādo ꝓtegerent. Jam corpꝰ eius ab extrema parte erat primortuū in solo tantū pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cūcti autē fratres tāto ꝓ eo ceperūt enixius orare quāto eū iam videbāt sub celeritate discedere Tū repente cepit isdē fratribꝰ assistentibus clamare: ⁊ cū magnis vocibꝰ orationes eoꝝ interrūpere dicēs: Recedite ecce draconi ad deuorandū datus sum: qui ꝓpter vestrā presentiā deuorare me nō potest: caput meū iā in suo ore absorbuit: date locū vt nō me amplius cruciet: sed faciat qđ facturꝰ est. Si ei ad deuorandū datus sum: quare ꝓpter vos moras patior? Tunc fratres ceperūt ei dicere: Quid est qđ loqueris frater? Signū sancte crucis imprime. Respōdit ille dicens: Uolo me signare: sed nō possum: quia squamis huius draconis pmor. Cūqꝫ hoc fratres audirēt: ꝓstrati in terrā cū lachrymis ceperūt pro ereptiōe illius vehemētius orare ⁊ ecce subito cepit eger clamare: dicens: Gratias deo: ecce draco: qui me ad deuorandū acceperat: fugit: oratōibus vestris expulsus stare nō potuit. Pro peccatis modo intercedite: qꝛ cōuerti paratus suꝫ ⁊ secularē vitā funditus relinquere. Homo ergo qui sicut iā dictū est: ab extrema corpis parte fuerat primortuꝰ: reseruatus ad vitā toto corde ad deū cōuersus est: et postꝙ mutatus mēte diu est: flagellis attritus: ⁊ tūc eius aīa carne soluta est.

## De morte Crisonij: et monachi cuiusdam Iconij:

## Capitulum. XXXVII.

At cōtra Crisonius: sicut Probus ꝓpinquus illiꝰ: cuius iam superius memoriam feci: narra

re consueuit. Vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantum plenus vicijs: quantū rebus superbia tumidus: carnis sue voluptatibꝰ subditus: in acquirēdis rebus auaricie facibus accensus. Sed cū tot malis dominꝰ finē ponere decreuisset corporali hūc molestia percussit. Qui ad extremū veniens: eadē hora: qua iam de corpore erat exiturus: apertis oculis vidit deterrimos et nigerrimos spiritꝰ corā se assistere ⁊ vehemēter īminere: vt ad inferni claustra eū raperēt. Cepit tremere: pallescere: sudare: ⁊ magnis vocibus inducias petere: filiū suū nomine Maximū: quē ipse iā monachus monachū vidit: nimis turbatus vocibꝰ vocare dicēs: Maxime curre: nunq̄ tibi aliquid mali feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox Maximꝰ affuit: lugēs ac perstrepens familia cōuenit. Eos autē quos ille insistētes sibi grauiter tollerabat: ipi malignos spiritꝰ videre nō poterāt: sed eoꝝ presentia in cōfusione: ⁊ pallore ⁊ tremore illius: qui trahebat: videbāt. Pauore autē tetre eoꝝ imaginis huc illucq̄ vertebat in lecto: iacebat in sinistro latere: aspectū eoꝝ ferre nō poterat vertebat ad parietē ibi aderāt. Cū q̄ cōstrictus nimis relaxari se iā posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel vsq̄ mane. Sed cū hec clamaret in ipis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirū cōstat quia ꝓ nobis ista: non ꝓ se viderit vt eiꝰ visio nobis proficiat: quos adhuc diuina patiētia longanimiter expectat. Naz illi tetros spiritꝰ ante mortē vidisse: ⁊ inducias petijsse: quid ꝓfuit: qui easdē inducias: quas petijt: nō accepit. Est etiam nūc apud nos Athanasius ex Isauria presbyter: qui in diebꝰ suis yconij rem terribilē narrat euenisse. Ibi nāq̄ vt ait quoddam monasteriū Thongolathon dicit: in quo quidā monachus magne estimatiōis habebat: bonis quippe cernebat moribꝰ atq̄ in omni sua actione cōpositus. Sed sicut, ex fine res patuit: longe aliter q̄ apparebat: fuit. Nam cū ieiunare se cū fratribus demōstraret: occulte mādu care consueuerat. Quod eius viciū fratres omnino nesciebāt. Sed corporis superueniente molestia ad vite extrema perductꝰ est. Qui cū iam esset in fine fratres ad se omnes: qui monasterio inerant: cōgregari fecit. At illi: a tali vt putabāt viro morientes: magnū quid ac delectabile se ab eo audire crediderūt: quibus ipe afflictus et tremēs compulsus est prodere: cui hosti traditus cogebat exire. Nam dixit: Quādo me vobiscū ieiunare credebatis: occulte comedebā: ⁊ ecce nūc ad deuorandum draconi traditus sū. Qui cauda sua mea genua pedesq̄ colligauit: caput suū intra meū o's mittens spiritū meū ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est: atq̄ vt penitendo liberari potuisset a dracone quē viderat expectatus non est. Qd nimirū cōstat: q2 ad solā vtilitatē audientiū viderit: qui eū hostem cui traditꝰ fuerat: ⁊ innotuit ⁊ non euasit.

## An post mortem purgatorius ignis esse credendus sit: Capitulū. XXXVIII.

Petrus.

Doceri vellem: si post mortem purgatorius ignis credendus est.

Gregorius.

In euāgelio dicit dominꝰ. Ambulate dum lucē habetis. Per ꝓphetā quoq̄ ait: Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te Quod Paulus apostolꝰ exponēs dicit: Ecce nūc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Salomon quoq̄ ait: Quodcunq̄ potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sciētia: nec sapiētia erit apud inferos quo tu ꝓperas. Dauid quoq̄ ait: Quia in seculū misericordia eius. Ex quibꝰ nimirū sententijs cōstat: q2 qualis hinc quisq̄ egreditur: talis in iudicio presentat Sed tamen

de quibusdã leuibus culpis esse ante iudiciũ purgatorius ignis credẽdus est ꝓ eo qḋ veritas dicit: qꝛ si quis in sanctospiritu blasphemiã dixerit: neqꝫ in hoc seculo remittit̃ ei neqꝫ i futuro. In qua sentẽtia dat̃ intelligi quasdã culpas i hoc seculo: quasdam vero in futuro posse laxari. Qḋ eni de vno negat̃. ꝯsequẽs intellectus patet qꝛ de quibusdã cõceditur. Sed tamẽ vt predixi hoc de ꝑuis minimisqꝫ peccatis fieri posse credendum est: sicut est assidue ociosus sermo: ĩmoderatus risus vel peccatum cure rei familiaris: que vix sine culpa vel ab ipsis agit̃: qui a culpa: qualiter declinare debeãt: sciũt: aut non in grauibus reb⁹ error ignorãtie: que cũcta etiã post mortẽ grauãt si adhuc in hac vita positis minime fuerit relaxata. Nã cũ Paulus dicat xp̄m esse fundamentũ atqꝫ subiungat. si quis supedificauerit super hoc fundamẽtũ aurũ: argentũ: lapides preciosos: ligna: fenũ: stipulã: vniuscuiusqꝫ op⁹ quale sit: ignis probabit. si cui⁹ opus mãserit qḋ supedificauit: mercedẽ accipiet. si cui⁹ opus arserit: detrimentũ patiet̃. ipse autẽ salu⁹ erit. Sic tamẽ quasi p ignẽ: q̃uis hoc de igne tribulatiõis in hac nobis vita adhibito possit intelligi: tamen si qͣs hoc de igne future purgationis accipiat: pensandũ solicite est qꝛ illũ per ignem dixit posse saluari. nõ qui sup hoc fundamẽtum ferrũ: es vel plumbuꝫ edificat id est peccata maiora ꝛ icirco duriora atqꝫ tũc iam insolubilia: sed ligna fenũ stipulã idest peccata minuta atqꝫ leuissima q̃ ignis facile cõsumat. Hoc tamẽ sciendũ est quia illic saltiꝫ de minimis nihil quisqꝫ purgationis obtinebit nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus: vt illic obtineat: promereatur.

## De anima Pascasij dyaconi: Cap. XXXIX.

Nam cũ adhuc essez iuuenculus atqꝫ in layco habitu constitutus narrari a maioribus atqꝫ a sciẽtibus audiui q̃ Pascasius huius apostolice sedis dyacon⁹ cui⁹ apḋ nos rectissimi ꝛ luculẽti de sanctospiritu libri extant mire sanctitatis vir fuerit elemosinarũ maxime opibus vacans cultor pauperũ ꝛ contẽptor sui. Sed hic in ea cõtentione que in ardescẽte zelo fideliũ iter Symachũ atqꝫ Laurẽtiũ facta est ad põtificatus ordinẽ Laurentiũ elegit ꝛ oĩm post vnanimitate supatus in sua tamẽ sententia vsqꝫ ad diẽ sui exitus ꝑstitit illum amãdo atqꝫ preferẽdo quẽ episcoporũ iudicio ꝑesse sibi ecclesia refutauit. Hic itaqꝫ cũ tẽporibus Symachi apostolice sedis presulis esset defunctus eius dalmaticam feretro superpositã demoniac⁹ tetigit statimqꝫ sanat⁹ est. Post multũ vero temp⁹ Germano Capuano episcopo cui⁹ superi⁹ memoriaꝫ feci medici ꝓ corporis salute dictauerãt vt in angularib⁹ termis lauari debuisset. Qui ingressus easdem termas ꝑdictũ Paschasiũ dyaconũ stantem ꝛ obsequentẽ in caloribus inuenit. Quo viso vehemẽter extremuit ꝛ quid ille tantus vir faceret inquisiuit. Cui rñdit pro nulla alia causa in hoc penali loco deputatus sum nisi qꝛ in pte Laurẽtij cõtra Symachũ sensi. Sed queso te ꝓ me dominũ deprecare atqꝫ in hoc cognosces q̃ exauditus sis si huc rediẽs me nõ inueneris. Qua de re vir dñi Germanus se i precib⁹ strinxit ꝛ post paucos dies redijt sed iam dictũ Paschasiũ in loco eodẽ minime inuenit. quia eni nõ malicie sed ignorantie errore peccauerat: purgari post mortẽ a peccato potuit. Qḋ tamẽ credendum est: qꝛ ex illa elemosinarũ suarũ largitate hoc vt tũc possit promereri veniã cũ iam nil posset operari.

## Cur in extremis temporibus tam multa de animabus clarescant que antea latuerunt. Cap. XL.

Petrus.

Quid hoc est queso te q̃ in his extremis tẽporibus tam multa de animab⁹ clarescũt que ante

latuerũt ita vt aptis reuelationibus atq̃
ostẽsionibus venturũ seculũ inferre se no-
bis atq̃ aperire videatur.

Gregorius.

Ita est iã q̃tum presens seculum
propinquat ad finẽ tantũ futuruz
seculũ ipsa iaz quasi ꝓpinquitate
tangit ⁊ ex signis manifestioribꝰ aperitur
Quia enĩ in hoc cogitationes nostras vi-
cissim minime videmꝰ in illo autẽ nostra
in alterutrũ corda conspicimus: quid hoc
seculũ nisi noctẽ ⁊ quid futurũ nisi diez di
xerim. Sed quẽadmodũ cũ nox finiri ⁊ di
es incipit oriri ante solis ortuz simul aliq̃
modo tenebre cũ luce cõmixte sunt quo-
usq̃ discedentis noctis reliquie in lucem
diei subsequẽti ꝑfecte vertant. ita huius
mũdi finis iam cũ futuri seculi exordio ꝑ-
miscetur atq̃ ipse reliquiarũ eius tenebre
quadã iam rerũ spiritualiũ ꝑmixtiõe trãs-
lucẽt. Et que illius mũdi sunt multa cer-
nimus. Sed nec dũ ꝑfecte cognoscimus
q: quasi in quodã mentis crepusculo hec
velut ante solem videmus.

Petrus.

Placet qđ dicis. Sed de tanto vi
ro Paschasio hoc animũ ad inq̃-
sitionẽ mouet q̃ post mortẽ ac pe
nalẽ locuz ductus est cuiꝰ feretri vestis tã
gi potuit ⁊ malignos spũs ab obsesso ho-
mine fugare.

Gregorius.

Hac in re magna dz oĩpotẽtis dei
dispẽsatio ⁊ q̃ sit multiplex agno
sci. cuiꝰ iudicio actũ est vt isdẽ vir
Paschasiꝰ ⁊ ipse intus aliquãto tꝑe reci-
peret q̃ peccasset ⁊ tamẽ ante humanos
oculos mira ꝑ corpus suũ post mortẽ face
ret. Qui ante mortẽ eis quoq̃ cognoscẽ-
tibus pia opera fecerit vt neq̃ hi: qui bo-
na eius videãt: de elemosinarũ illius esti
matione fallerent: neq̃ ipsa sine vlcione
laxaretur culpa. quã nec esse culpã credi-
dit ⁊ iccirco hanc fletibus nõ extinxit.

Ubi esse infernus credendus sit: Cap. XLI.

Petrus.

Perpẽdo que dicis. verũtamen
hac ratione cõstrictus non solũ
que intelligo sed etiã ipsa que
in me non intelligo: cogor iam
peccata formidare: sed queso te quia pau
lo superius sermo de locis penalibus in-
ferni versabat. Ubi nam esse infernũ puta
mus super hanc terrã an sub hac terra es-
se credendus est.

Gregorius.

Hac de re temere diffinire non au-
deo. nõnulli nãq̃ in quadã terra-
rum ꝑte infernũ esse putauerunt:
alij vero hunc sub terra esse estimãt. Sed
tamen hoc animũ pulsat quia si iccirco in
fernum dicimꝰ quia inferius iacet qđ ter-
ra a celo est: hoc esse debet infernus a ter
ra. Unde ⁊ fortasse per psalmistã dicitur.
Liberasti animã meam ex inferno inferi-
ori vt infernus superior in terra: infernꝰ
vero inferior sub terra esse videat. Et Jo-
hannis vox in estimatione ista cõcordat.
Qui cũ signatũ librum septẽ sigillis se vi
disse diceret: quia nemo dignus inuẽtus
est neq̃ in celo neq̃ in terra neq̃ subtus
terrã aperire librũ ⁊ soluere signacula eiꝰ
adiunxit ⁊ ego flebã multum. Quẽ tamẽ
postmodũ librũ per leonẽ de tribu iuda di
cit aperiri. In quo videlicet libro qđ aliđ
q̃ sacra scriptura signatur quã solus redẽ
ptor noster aperuit. Qui hõ factꝰ morien
do: resurgẽdo: ascendẽdo: cũcta mysteria
que in eo fuerãt clausa patefecit. ⁊ nullꝰ
in celo: q: neq̃ angelꝰ: nullꝰ in terra: q̃a
neq̃ hõ viuẽs in corpe: nullꝰ subtꝰ terrã
dignꝰ inuẽtus ẽ: q: neq̃ aĩe corpe exute
aꝑire nobis ꝑter dñm sacri eloquij secre-
ta potuerũt. Cũ ergo ad aperiendũ li. nul
lus sub terra inuẽtus est dignus dicit. qđ
obstet nõ video nisi vt sub terra esse infer-
nus credatur.

Utrũ vnus gehẽne ignis sit an diuersi. Cap. XLII.

Petrus.

Queso te vnus esse gehenne ig
nis credẽdus est. an q̃ta pec-
catorũ diuersitas fuerit. tanta
quoq; estimãda sunt ⁊ ipsa in-
cẽdia esse prepata.

Gregorius.

Vnus quidẽ est gehẽne ignis: sed
nõ vno mõ oĩs cruciat peccatores
Uniuscuiusq; etenĩ q̃tũ exigit cul
pa. tanta illic sentiet pena. Nã sicut ĩ hoc
mũdo sub vno sole multi consistũt nec tñ
eiusdẽ solis ardorẽ equaliter sentiũt quia
ali⁹ pl⁹ estuat atq; ali⁹ min⁹ ita illic ĩ vno
igne nõ vn⁹ est mod⁹ incẽdij: q̃ qđ hic di
uersitas corporũ: hoc illic agit diuersitas
peccatorũ vt ⁊ ignem non dissimilem ha-
beant: ⁊ tamẽ eosdẽ singulos dissimiliter
exurat.

## An semper ardeãt qui gehẽ-ne incẽdijs deputantur.

Cap. XLIII.

Petrus.

Nunqđ nã queso te dicim⁹ eos
qui semel illic mersi fuerĩt sem
per arsuros.

Gregorius.

Constat nimirũ ⁊ incũctanter verũ
est q̃ sicut finis nõ est ĩ gaudio bo
norũ. ita finis nõ erit tormẽto ma
lorũ. Nã cũ veritas dicat ibũt impij ĩ sup
pliciũ eternũ. iusti autẽ in vitã eternã: q̃a
verũ est q̃ ꝓmisit: falsum ꝓculdubio non
erit qđ minatus est deus.

Petrus.

Quid si quis dicat iccirco peccanti
bus eternã penã minat⁹ est vt eos
a peccatorũ perpetratione compe
sceret.

Gregorius.

Si falsũ ẽ qđ minat⁹ ẽ vt ab iniusti
tia corrigeret etiã falsa ẽ pollicit⁹
vt ad iusticiã ꝓuocaret. Sed q̃s hoc dice
re vel insan⁹ presumat ⁊ si minat⁹ ẽ quod
nõ erat impletur⁹: dũ asserere eum miseri
cordẽ volum⁹ fallacẽ: qđ dicis nephas ẽ
predicare compellimur.

Petrus.

Scire velim quod iustum sit vt cul
pa: que cũ fine perpetrata est sine
fine puniat.

Gregorius.

Hoc recte dicit si district⁹ iudex nõ
corda hoĩm sȝ facta pẽsaret. Iniq̃
enĩ ideo cũ fine deliquerũt q̃ cuȝ
fine vixerũt. Nã noluissent vtiq; si potuis
sent sine fine viuere vt potuissent sine fine
peccare. ostendũt enĩ q̃ in pctõ semꝑ vi-
uere cupiũt qui nũq̃ desinũt peccare dum
viuũt. Ad magnã ergo iusticiã iudicãtis
ꝑtinet vt nunq̃ careãt supplicio qui ĩ hac
vita nunq̃ voluerũt carere peccato.

Petrus.

Si nullus iust⁹ crudelitate pascit
⁊ delinquẽs seruus a iusto dño ic
circo cedi precipit vt a nequicia
corrigat. ad hoc ergo vapulat vt emẽda-
ri debeat. Iniqui aũt gehẽne ignib⁹ tra-
diti si ad correptionẽ nõ perueniũt quo fi
ne semꝑ ardebunt.

Gregorius.

Omnipotẽs de⁹ q̃ pius est misero
rũ cruciatu nõ pascit: q̃ vero iu-
stus ẽ ab iniquorũ vltione imꝑpe
tuũ nõ sedat. Sed iniqui oẽs eterno sup-
plicio deputati sua quidẽ iniquitate puni
untur ⁊ tñ ad aliquid ardebũt scȝ vt iusti
oẽs ⁊ in deo videãt gaudia: que percipi-
unt ⁊ in illis respiciãt supplicia que euase
rũt quaten⁹ tãtomagis ineternũ grẽ diui
ne debitores se esse cognoscãt q̃to ineter-
nũ mala puniri conspiciunt que eius adiu
torio vicerunt.

Petrus.

Et vbi est q̃ scti cũ ꝓ inimicis suis
quos tũc ardere vidẽt nõ orabũt:
quibus vtiq; dictũ est Pro inimi
cis vestris orate.

Gregorius.

PRo inimicis suis orãt eo tp̄e quo possũt ad fructuosã pn̄iam eoruȝ corda cõuertere atq̄ ipsa ꝯuersione saluare. Quid enĩ aliud ꝓ inimicis orã dũ ẽ nisi hoc qđ ap̄lus ait vt det illis de⁹ pn̄iaȝ ad cognoscẽdã veritatẽ ⁊ resipiscãt a dyaboli laqueis a quo capti tenent̄ ab ipsorũ volũtate. Et qũo ꝓ illis tũc orabũt qui iã nullaten⁹ possũt ad iusticie opa ab iniq̄tate cõmutari. Eadẽ itaq̄ cã ẽ cur nõ oret̄ tũc ꝓ homĩb⁹ igni eterno dãnatis q̄ etiã nũc cã est vt nõ oret̄ ꝓ dyabolo angelisq̄ eius eterno supplicio dãnatis. Que nũc etiã cã est vt nõ orẽt sancti hoĩes pro homĩb⁹ infidelib⁹ impijsq̄ defunctis. Quia ꝓ eis vtiq̄ quos eterno deputatos supplicio iã nouerũt: ante illũ iudicis iusti cõspectũ or̄onis sue meritũ cassari refugiunt ꝙ si nũc quoq̄ viuẽtes iusti mortuis dãnatis iniustis minime ꝯpatiunt̄ qñ adhuc aliq̄d iudicabile de sua carne se ꝑpeti etiã ipsi nouerũt. Quãto enĩ districti⁹ tũc iniquorũ tormẽta respiciũt: tãto ab oĩ vicio corruptionis exuti: ipsi iã iusticie vicini⁹ atq̄ arti⁹ inherebũt. Sic quippe eoꝝ mẽtes ꝑ hoc qđ iustissimo iudici inherẽt: ius districtiõis absorbet vt oĩo eis non liceat. quicquid ab illius eterne regule subtilitate discordat.

## Quomodo aĩa ĩmortalis dicatur dũ constet eã in perpetuo igne mori. Cap. XLIIII.

### Petrus.

MOnẽ iã ꝙ rñdere debeaȝ apte rõni. Sȝ hec nunc q̄stio mouet mẽtem qũo anima immortalis dicit̄ dum constat ꝙ impꝑpetuo igne moriat̄.

### Gregorius.

QUia duob⁹ modis vita dr̄ duob⁹ ẽt modis mors dȝ ĩtelligi. Aliud est nãq̄ ꝙ in deo viuim⁹. Aliud vero ꝙ in hoc ꝙ cõditi vel creati sumus. Idẽ aliud ẽ beate viuere. atq̄ aliud essentialiter. Anĩa itaq̄ mortalis esse intelligitur ⁊ ĩmortalis. mortalis quippe q: beate viuere amittit. ĩmortalis autẽ q: essentialiter viuere nunq̄ desinit. ⁊ nature sue vitã ꝑdere nõ valet cum impꝑpetua fuerit morte dãnata. Illic eniȝ posita beata esse ꝑdit ⁊ esse nõ perdit vt ⁊ mortẽ sine morte ⁊ defectum sine defectu. ⁊ finẽ sine fine patiatur. quaten⁹ ei ⁊ mors ĩmortalis sit ⁊ defectus indeficiẽs ⁊ finis infinitus.

## De quodã sancto viro qui veniens ad mortẽ expauit. Cap. XLV.

### Petrus.

QUis hãc tã inexplicabilẽ dãnationis sn̄iam cuiuslibet sit operis ad exitũ veniẽs non ꝑtimescat qñ ⁊ si iã nouit quid egit ⁊ adhuc tamẽ facta illius: q̄ subtiliter iudicent̄: ignorat.

### Gregorius.

UT asseris ita ẽ. Sȝ plerũq̄ đ culpis minimis ipse sol⁹ pauor egrediẽtes aĩas iustorũ purgat. sicut narrari de quodã sc̄tõ viro me frequenter audisti. q̄ ad mortẽ veniẽs vehemẽter timuit. sed post mortẽ discipulis ĩ stola cãdida apparuit: ⁊ q̄ ꝑclare sit susceptus indicauit.

## Qꝫ quidã ne in morte timeãt reuelatione roborantur. Et de Antonio Merulo et Johanne monachis. Cap. XLVI.

NOnnũq̄ vero omp̄s de⁹ trepidantiũ mẽtes quibusdã pri⁹ reuelationib⁹ roborat vt in morte minime ꝑtimescãt. Nã quidã mecũ in mõasterio frater Antoni⁹ nomine viuebat q̄ multꝫ quotidianis lachrimis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cũq̄ studiosissime ⁊ cũ magno feruorꝫ desiderio sacra eloq̄a meditaret̄: nõ ĩ eis v̄ba scie: sȝ fletũ ꝯpũctionis inquirebat. q̄tenus ꝑ hec excitata mẽs eius inardesceret. ⁊ ima deserẽs: ad regionẽ celestꝫ patrie

per contemplationẽ volaret. Huic per visionẽ nocturnã dictũ est. Paratus esto: et quia dñs iussit te migrare. Cumqꝫ ille nõ habere sumptus ad migrandũ diceret: responsum protinus audiuit dicens: Si de peccatis tuis agit: dimissa sunt. Quod cuz semel audisset: et magno adhuc metu trepidaret: nocte quoqꝫ alia eisdẽ verbis est admonitus: tũc post quinqꝫ dies febre correptus: cũctis fratribus orãtibus flentibusqꝫ defunctus est.

Alius etiã frater in eodẽ monasterio Merolus dicebat: vehementer lachrymis atqꝫ elemosynis intentus: psalmodie vero ex ore illius pene nullo tpe cessare cõsueuerant: excepto cũ aut alimentũ corpori: aut mẽbra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit. Quia ex albis floribus corona de celo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corporis occupatus cũ magna securitate animi: atqꝫ hylaritate defunct⁹ est. Ad cuius sepulchrum dum Petrus: qui nũc monasterio meo preest: sibi sepulturã facere post annos quattuordecim voluisset tanta vt asserit de eodẽ sepulchro illius fragrãtia suauitatis emanauit: ac si illic florũ omniũ fuissent odoramenta congregata. Qua ex re manifeste patuit: qꝫ verum fuit quod per nocturnam visionez vidit.

In eodem quoqꝫ monasterio alius quidã Johãnes dictus est magne indolis adolescens etatẽ suam intellectu et humilitatis dulcedine et grauitate trãsigebat. Huic egrotãti atqꝫ ad extremũ deducto per nocturnã visionẽ ei quidã senex apparuit: et hũc virga tetigit: eiqꝫ dixit: Surge ex hac enĩ molestia modo minime morieris: sed paratus esto quia longũ tempus hic facturus nõ eris. Qui dum iam esset a medicis desperat⁹: repente sanatus est: atqꝫ conualuit: rem: quã viderat: narrauit: seqꝫ per bienniũ in dei seruitio: sicut predixi: vltra etatis sue annos exhibuit. Ante hoc trienniũ cum quidã frater fuisset mortuus: atqꝫ in eiusdem monasterij cimiterio a nobis sepultus: cunctis nobis ab eodem cimiterio exeuntibus: isdem Johãnes sicut postmodũ pallens. et tremens indicauit: illinc nobis discedẽtibus inuentus: ab eodem fratre: qui mortuus fuerat: de sepulchro vocat⁹ est. Quod mox etiã subsequẽs finis edocuit: nam post dies decẽ inuasus: febrib⁹ carne solutus est.

Petrus.

Doceri vellem si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur debeat obseruari.

## De modis somniorum: et an sint obseruanda: De quodaz etiam cui per somnium longa vite spacia promissa sunt: et in breui tempore relecata:

### Capitulum. XLVII.

Gregorius.

In hoc Petre sciendũ est: quia sex modis tangunt animũ imagines somniorũ. Aliquãdo nãqꝫ somnia ventris plenitudine vel inanitate. Aliquando vero illusione. Aliquando cogitatiõe simul et illusione. Aliquãdo reuelatiõe. Aliquãdo autẽ cogitatione simul: et reuelatiõe generantur. Sed duo que prima diximus: oẽs experimento cognoscimus: subiũcta autẽ quattuor in sacre scripture pagina reperimus. Somnia enĩ nisi plerũqꝫ ab occulto hoste per illusionẽ fierent: nequaqꝫ hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos enĩ errare fecerũt somnia: et exciderũt sperantes in illis. Et iterũ. Non auguriabimini: nec obseruabitis somnia: quibus profecto verbis cuj⁹ sint detestatiõis ostendit que augurijs peragunt: rursus nisi aliquãdo ex cogitatiõe simul: et illusione procederet: vir sapiens minie dixisset. Multas curas sequũtur somnia. Et nisi aliquãdo somnia ex mysterio reuelatiõis orirent. Joseph preferendũ se fratribus somnio nõ videret: nec sponsum Marie vt ablato puero

in egiptū fugeret per somniū angelus ad
moneret. Rursuz nisi aliqñ somnia ex co
gitatiōe simul ⁊ reuelatiōe ꝓcederēt: ne-
quaq̄ Daniel propheta. Nabuchodono
sor visionē disserēs a radice cogitationis
inchoasset: dicēs. Tu rex cepisti cogitare
in stratu tuo quid esset futurum post hec ⁊
q̄ reuelat mysteria ostēdit tibi que futu-
ra sunt. Et paulo post. Uidebas ⁊ ecce q̄-
si statua vna grādis: statua illa magna et
statura sublimis stabat cōtra te ⁊c. Dani-
el itaq̄ dū somniū ad implendū reuerēter
insinuat ⁊ ex qua ortū sit cogitatione ma-
nifestat. patēter ostenditur q̄ hoc plerū-
q̄ cogitatiōe simul ⁊ reuelatiōe generet.
Sed nimirū cū somnia tot rerū qualitati-
bus alternent: tāto eis credi difficilius de-
bet: quāto ⁊ quo impulsu veniāt facilius
nō elucet. Sācti autez viri īter illusiones
atq̄ reuelatiōes ipsas visionū voces aut
imagines quodā intimo sapore discernūt
vt sciāt vel quid a bono spū ꝑcipiant: vel
quid ab illusiōe patiantur. Nā si erga hec
mēs cauta nō fuerit: ꝑ deceptorē spiritū
multis vanitatibus īmergit quia nōnunq̄
solet vera predicere vt ad extremū aīam
valeat ex vna aliq̄ falsitate laqueare. sicut
nr̄o nuꝑ cuidā certū est ↄtigisse. Qui dū
somnia vehemēter attēderet ⁊ ꝑ somniuz
longa vite hui⁹ spacia sibi promissa sunt.
Cūq̄ multas pecunias ꝓ longioris vite
stipēdijs collegisset ita repēte defunctus
est vt intactas oēs relinqueret ⁊ ipse secū
nihil ex bono opere portaret.

## An prosit animab⁹ si eorū corpora in ecclesijs sepulta sint. Capitulū. XLVIII.

Petrus.

QUis ille sit memini. sed queso te ea que cepimus exequamur Putam⁹ ne animab⁹ aliquid prodesse. si mortuorū corpa fuerint in ecclesijs sepulta.

Gregorius.

QUos grauia peccata nō deprimūt
his ꝓdest mortuis si in ecclesia se
peliāt q̄ eorū proximi quotiens
ad eadē sacra loca cōueniunt: suorū quo-
rū sepulcra conspiciūt: recordant vt ꝓ eis
dn̄o preces effundāt. Nam quos peccata
grauia deprimūt nō ad absolutionem po
tius q̄ ad maiorē dānationis cumulū eo-
rum corpa in ecclesijs ponunt. Quod meli
us ostēdere poterimus si ea que dieb⁹ no
stris gesta sunt: breuiter enarremus.

## De quadā sanctimoniali femina in ecclesia sancti Laurētij sepulta que dimidia apparuit accensa. Cap. XLIX.

VIr nāq̄ vite venerabilis Felix
Portueñ. Ep̄us in scauinensi
prouincia ort⁹ atq̄ nutritus ē.
Qui quādā sanctimonialez fe
minā in loco eodē fuisse testat que carnis
quidē continentiā habuit. Sed lingue ꝓ
cacitatē atq̄ stultiloquiū nō declinauit.
Hec igit defuncta atq̄ in ecclesia sepulta
est. Eadē autē nocte custos eiusdez eccle-
sie per reuelationē vidit. q̄ deducta ante
sacruz altare per mediū secabat ⁊ ꝑs vna
illius igne cremabat ⁊ ꝑs altera intacta
remanebat. Cūq̄ hoc surgēs fratrib⁹ nar
rasset. ⁊ locū ostēderet in quo fuerat igne
cōsumpta: ipsa flāme cōbustio ita ante al-
tare in marmorib⁹ apparuit ac si illic ea-
dez femina igne corporeo fuisset cōcrema
ta. Qua ex re aperte datur intelligi. quia
hi quibus peccata dimissa non fuerint ad
euitandū iudicium sacris locis post mor-
tem non valeant adiuuari.

## De Ualeriani patritij sepultura. Capitulum. L.

IOhannes quoq̄ vir magnifi-
cus in hac vrbe locū perfecto-
rum seruans. cuius grauitatis
atq̄ veritatis sit nouimus. q̄
mihi testatus est Ualerianū patritiū: in ci
uitate que Brixa dicitur: fuisse defunctū
cui eiusdē ciuitatis episcopus accepto p̄-

cio locū in ecclesia prebuit in quo sepelire debuisset. Qui videlicet Valerianꝰ vsqꝫ ad etatē decrepitā leuis ac lubricus extitit: modūqꝫ suis prauitatibus ponere contempsit. Eadē vero nocte qua sepultꝰ est beatus Faustinꝰ martyr. in cuiꝰ ecclesia corpus illius fuerat humatū. custodi suo apparuit: dicēs. Vade ꝛ dic Episcopo. vt proijciat hinc fetētes carnes quas hic posuit qḋ si nō fecerit: die tricesimo ipse morietur. Quā visionez custos timuit Episcopo confiteri. ꝛ rursus admonitus declinauit. Die autē tricesimo eiusdem ciuitatis Episcopus cū vespertina hora sanus atqꝫ incolumis ad lectū redijsset subita et inopinata morte defunctus est.

## De corpore Valentini ab ecclesia post mortem proiecto. Capitulum. LI.

ADest quoqꝫ in presenti venerabilis frater Venātius Lunensis Episcopus ꝛ magnificꝰ Liberius vir nobilissimꝰ atqꝫ veracissimus qui se scire suosqꝫ homines interfuisse testatur ei rei: quā narrauit: nuper in Genuensi vrbe cōtigisse. Ibi nāqꝫ vt dicit Valētinus nomine ecclesie Mediolanensis defefensor defunctus est vir valde lubricus ꝛ cunctis leuitatibus occupatus cuiꝰ corpus in ecclesia beati martyris Syri sepultū est. Nocte autē media in eadem ecclesia facte sūt voces ac si quis violenter ex ea repelleretꝫ atqꝫ traheretꝫ foras. Ad quas nimirū voces cucurrerūt custodes ꝛ viderunt duos quosdā deterrimos spūs qui eiusdē Valentini pedes quadaz ligatura strinxerāt ꝛ eū ab ecclesia clamātem ac nimiū vociferantē foras trahebāt. Qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. mane autē facto aperientes sepulcrū in quo isdē Valētinus positꝰ fuerat eiꝰ corpꝰ nō inuerūt. Cūqꝫ extra ecclesiam quererēt vbi proiectū esset inuenerūt hoc in sepulcro alio positū: ligatis adhuc pedibꝰ sicut ab ecclesia fuerat abstractuz.

Ex qua re Petre collige qꝫ hi quos peccata grauia deprimūt si in sacro loco sepeliri se faciant restat vt etiā de sua presumptione iudicenꝫ quatenus eos sacra loca non liberent sed etiam culpa temeritatis accuset.

## De Tinctoris corpore in ecclesia sepulto post non inuento Capitulū. LII.

NAm quid quoqꝫ ī hac vrbe cōtigerit cunctorū qui hic habitant multitudo testatꝫ ꝙ quidā artis eorū primus cū defunctꝰ fuisset in ecclesia beati Januarij martyris iuxta portam sancti Laurentij a coniuge sua sepultus est. Sequēti autem nocte ex eadē sepultura audiente custode eius spiritus cepit clamare. Ardeo ardeo. Cum vero has duas voces emisisset: custos hoc eius nunciauit vxori. vxor vero illius eos qui diligenter inspicerēt: artis eiusdē viros transmisit ad ecclesiam: volēs cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulcro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulcrū vestimēta eadez intacta repererūt que nūcusqꝫ in eadē ecclesia pro eiusdē cause testimonio seruanꝫ. Corpꝰ vero illius oīno nō īuenerūt ac si in sepulcro eadē positū nō fuisset. Qua ex re colligendū est qua vltione aīa eius dānata sit cuius ꝛ caro est ab ecclesia ꝓiecta. Quid igitur sacra loca sepultis ꝓsunt quādo hi qui indigni sunt ab eisdē sacris locis diuinitus proijciunꝫ.

## Quid sit qḋ maxie mortuorum valeat aīabus ꝓdesse: Et de Cētūcellēsi presbytero q̇ a cuiusdā spū petitꝰ est vt sacrā hostiā ꝓ eo offerat. Cap. LIII.

Petrus.

QUid nam ergo esse poterit qḋ mortuorū valeat animabus ꝓdesse.

Gregorius.

[S]I culpe post mortē insolubiles nō sunt: multū solet animas etiam post mortē oblatio sacre hostie salutaris adiuuare: ita vt hoc nonnunq̄ ipe defunctoꝝ aīe expetere videant. Nam pdictus Felix epūs a quodā vite venerabilis pſbytero: qui vsq̄ ante bienniū vixit: ⁊ in dyocesi Sentūcelensis vrbis habitabat atq̄ ecclesie beati Johānis: que in loco qui dicit̄ Tauriana: sita est: preerat: cognouisse se asserit qđ isdem pſbyter in eodē loco: in quo aque calide vapores nimios faciūt quotiens corporis necessitas exigebat lauari cōsueuerat: vbi dū die quadā fuisset ingressus: inuenit quendā incognitū virū ad suū obsequiū preparatū: qui sibi de pedibus calciamēta abstraheret: vestimēta susciperet ⁊ exeūtia caloribus sabana preberet: atq̄ omne ministeriū cū magno famulatu perageret. Cūq̄ hoc sepius fieret: isdē presbyter die quadā ad balnea iturꝰ intra semetipm cogitās dixit: Uiro illi qui mihi solet tam deuotissime ad lauandū obsequi: ingratus apparere nō debeo: sed aliquid me necesse est ei ꝓ munere portare. Tūc duas secū oblationū coronas detulit: qui mox vt peruenit ad locū: hominē inuenit atq̄ ex more eius obsequio in oībus vsus est. Lauit itaq̄ ⁊ cū iam vestitus voluisset egredi hoc qđ secū detulerat obsequēti sibi viro ꝓ benedictiōe obtulit petens: vt benigne susciperet: qđ ei gratia charitatis offerret. Cui merēs afflictusq̄ respōdit: Mihi ista quare das pater? Jste panis sanctus est: ego hūc manducare non possum: ego etenī: quē vides: huius loci dn̄s aliquādo fui: sed pro culpis meis hic post mortē deputatus sum. Si autē mihi prestare vis oīpotenti deo offer hūc panē: vt pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditū te esse cognosce: cū huc ad lauandū veneris: ⁊ me minīe reppereris. Jn quibus verbis disparuit: ⁊ is qui homo esse videbat euanescendo innotuit: q̄ spiritus fuit. Jsdē vero pſbyter ebdomada cōtinua se pro eo in lachrymis afflixit: salutarē hostiā quotidie obtulit: ⁊ reuersus post ad balneū eum iam minīe inuenit. Qua ex re quantū ꝓsit animabus immolatio sacre oblatiōis ostendit̄ quando hanc ⁊ ipi mortuoꝝ spiritus a viuētibus petūt: ⁊ signa indicant: quibus per eā absoluti videantur.

## De fratre Justo medico pro cuius anima continuis triginta diebus oblatum est sacrificium altaris: Capitulum. LIIII.

[N]Ec hoc silendū puto qđ actū ī meo monasterio añ hoc triēnium reminiscor. Quidā namq̄ monachus Justus nomīe: medicina arte fuerat imbutus: qui mihi in eodem monasterio cōstituto sedule obsequi atq̄ in assiduis egritudinibus meis excubare cōsueuerat. Hic itaq̄ languore corporis preuētus ad extremū deductus est. Cui in ipa sua molestia frater germanus nomīe Copiosus seruiebat: qui ipe quoq̄ nūc in hac vrbe per eandē medicine artem tempalis vite stipendia sectat̄: sed pdictus Justus cū iā se ad extremū peruenisse cognouisset: eidē Copioso fratri suo quia occultatos tres aureos haberet innotuit. Qđ nimiꝝ fratribus nō potuit celari: sed subtiliter indagātes: atq̄ illius oīa medicamēta perscrutātes: eosdem tres aureos inuenerūt absconsos in medidicamine: qđ mox vt mihi nūciatū est: tantū malū de fratre qui nobiscū cōmuniter vixerat equanimiter ferre nō valui. Quippe quia eiusdē mei monasterij semp regula fuerat: vt cūcti fratres ita cōmuniter viuerēt: quatenus eis singulis nulla haberi ꝓpria liceret nimio terrore percussus: cogitare cepi: vel quid ad purgationē morientis facerē: vel quid ad exemplū viuētibꝰ fratribꝰ ꝓuiderē. Precioso igit̄ eiusdē monasterij ꝓposito ad me accersito dixi Uide ⁊ vt nullus ex fratribus se ad eū mo

riente̅ iungat: nec sermone̅ consolationis ex cuiuslibet eoꝝ ore percipiat. Sed cum in morte cōstitutus fratres exquisierit: ei suus carnalis frater dicat: quia per aureos quos occultatos habuit: a cūctis fratribus abominatus sit: vt salte̅ in morte de culpa sua mente̅ ipsius amaritudo transuerberet: atq; a peccato qđ perpetrauerat purget. Cū vero mortuꝰ fuerit: corpꝰ ī cimiterio nō ponat: sed ꝙlibet fossaȝ in sterquilino facite in ea corpus eius proijcite: ibiq; super eū tres aureos quos reliquit iactate om̄es simul clamantes: pecunia tua tecū sit in perditiōe: ⁊ sic eum terra operite. In quibus vtrisq; rebus vnā morie̅tibus: alterā vero volui prodesse fratribus viuentibus vt et illū amaritudo mortis a culpa solubile̅ faceret: ⁊ istos auaricie tāta damnatio terreret: atq; a culpa probiberet. Quod ita factū est. Nam cū isdem monachus peruenisset ad morte̅: atq; anxie se quereret cōmendare fratribꝰ ⁊ nullus ei a fratribus applicare ⁊ loqui dignaret: ei carnalis frater cur ab om̄ibus fratribus esset abhominatus: indicauit. Qui protinus de reatu suo vehemēter ingemuit: atq; in ip̄a sua tristicia e corpore exiuit qui ita est sepultꝰ vt dixerā. Sed fratres om̄es ex eadem sente̅tia conturbati: ceperunt singuli extrema queq; ⁊ vilia: ⁊ que eis habere regulariter licuerat ad mediū proferre vehemēterq; formidare: ne quid apud eos esset vnde reprehēdi potuissent Cum vero post morte̅ eius triginta iaȝ essent dies euoluti: cepit animus meus defuncto fratri cōpati: eiusq; cū dolore graui supplicia pensare: ⁊ si qđ esset ereptionis eius remediū querere Tūc vocato ad me eode̅ Precioso monasterij mei preposito tristis: dixi: Diu est ꝙ frater ille qui defunctus est in igne cruciat. Debemus ei aliquid charitatis impendere: ⁊ eū quā tum possumus: vt eripiat: adiuuare. Vade itaq;: ⁊ ab hodierna diebꝰ triginta cōtinuis offerre ꝓ eo sacrificiū stude vt nullus om̄ino pretermittat dies quo pro absolutiōe illius hostia salutaris non offeratur. Qui protinus abscessit ⁊ paruit. Nobis aute̅ alia curantibus atq; dies euolutos non munerātibus isdeȝ frater qui defunctus fuerat: nocte quadā fratri suo germano cupioso per visione̅ apparuit. Que̅ ille cum vidisset: inquisiuit dice̅s: Quid est frater? Quomodo es? Cui respondit: Nūcusq; male fui: sed iā modo bene sum quia hodie cōmunione̅ recepi. Quod isdem Cupiosus pergens protinus indicauit fratribus in monasterio. Fratres vero soliciti computauerūt dies: ⁊ ip̄e dies extiterat quo pro eo vicesima oblatio fuerat impleta. Cumq; ⁊ Cupiosus nesciret: quid pro eo fratres agere̅t: ⁊ fratres ignorassent: quid de illo Cupiosus vididisset: vno eode̅q; tempore dū cognosceret: ille isti quid egerant: atq; isti cognoscere̅t: ille quid viderat cōcordantes simul visiōe ⁊ sacrificio res aperte claruit: quia frater: qui defunctus fuerat: per salutare̅ hostiā euasit suppliciū.

Petrus.

Mira sunt valde que dicis: ⁊ nō mediocriter leta.

## De vita et transitu Cassiani episcopi: Capitulū. LV.

Gregorius.

Ne nobis in dubiū veniant verba mortuorū: confirmāt hec facta viuentiū. Nam vir vite venerabilis Cassius Nermensis episcopus: qui quotidianū offerre cōsueuerat deo sacrificiū: seq; in lachrymas inter ip̄a sacrficiorū archana mactabat: mādatum domini per cuiusdaȝ sui visionem p̄sbyteri suscepit dicens: Age quod agis operare quod operaris. Non cesset pes tuus nō cesset manus tua. Natale apostolorum venies ad me: ⁊ tribuam tibi mercedem tuam. Qui post annos septe̅ ipso natalicio apostolorū die: cum missarū solennia peregisset: ⁊ mysteria sacra cōmunionis accepisset: e corpore exiuit.

De quodam ab hostibus capto cuius vincula oblatiõis hora soluebantur: Et de Baraca nauta per salutarem hostiam a naufragio liberato:

Capitulum. LVI.

Hoc quoqꝫ quod audimus quẽdã apud hostes in captiuitatẽ positũ: ꝛ in vinculis religatũ fuisse: pro quo sua coniũx diebus certis sacrificiũ offerre consueuerat: qui longo post tpe ad coniugẽ reuersus quibus diebus eius vincula soluerent: innotuit: eiusqꝫ cõiunx illos fuisse dies quib⁹ pro eo sacrificiũ offerebat: recognouit. Et ex alia nobis re que ante annos septẽ gesta est certissime confirmat. Agatus eniz Panormitan⁹ episcop⁹: sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt: atqꝫ testant: cum beate memorie antecessoris mei tempore iussus esset: vt Romã veniret: vim nimie tempestatis pertulit: ita vt se ex tanto vndarũ periculo euadere posse diffiderat. Nauta vero illius Baraca nomine: qui nũc eiusdẽ ecclesie clericatus officio fungit: post nauẽ in carbaso regebat ruptoqꝫ fune cũ eodem carbaso: quẽ regebat: inter vndarũ cumulos repente dispa ruit. Nauis autẽ cui episcop⁹ preerat: tãdem post multa pericula ad Osticã insulam fluctib⁹ quassata peruenit. Cũqꝫ die tertio episcopus nautã qui ab eo abrept⁹ in carbaso fuerat. In nulla maris parte viderit apparere: vehemẽter afflict⁹: mortuũ credidit: sed per obsequiũ charitatis viuo vnũ quod debebat: mortuo impẽdit vt omipotenti deo ꝑ absolutiõe eius anime offerre sacrificiũ victime salutaris iubet: quo oblato restaurata naue perrexit ad italiã. Cunqꝫ ad Romanũ portũ venisset: illic nautã repperit: quẽ mortuũ putabat. Tunc inopinata exultatiõe gauisus est ꝛ euz: qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset: inquisiuit. Qui videlicet indicauit: quotiẽs in illis tempestatis fluctibus cũ eodẽ quem regebat: fuissꝫ carbaso versatus: qualiter cũ illo vndis pleno enatauerit: ꝛ quotiẽs eo a superiori parte deorsum verso ipe carine eius supersederet: adiũgens. Cũ diebus ac noctibus hoc incessanter faceret iã qꝫ eius virtus funditus ex fame simul ꝛ labore cecidisset: quo eũ ordine diuina misericordia seruauerit: indicauit. Eteñ qꝺ etiam nũcusqꝫ testatur dicẽs: Laborans in fluctibus atqꝫ deficiens subito mentis pondere sum grauatus: ita vt neqꝫ vigilare me crederẽ: neqꝫ depressus somno essẽ Et ecce in eodẽ medio mari me posito quidã apparuit: qui mihi panẽ ad refectionẽ detulit. Quẽ mox vt comedi: vires recepi lõge post nauis transiẽs affuit: que me ab illo vndarũ periculo suscepit: atqꝫ ad terrã deduxit. Quod scilicet episcop⁹ audiens requisiuit diem: atqꝫ illo fuisse die repperit: quo pro eo presbyter in Ostica insula deo omipotenti hostiã sacre oblationis immolauit.

Quibus mortuis sacre victime prosint: ac de virtute ꝛ mysterio victime salutaris:

Capitulum. LVII.

Petrus.

Ea que narras ipe quoqꝫ in Sicilia positus agnoui.

Gregorius.

Idcirco credo: quia hoc tã aperte cum viuẽtibus ac nescientibus agit: vt cunctis hec agẽtibus atqꝫ sciẽtibus ostendatur: quia si insolubiles culpe nõ fuerint ad absolutionẽ prodesse: etiã mortuis victime sacre oblatiõis possint. Sed sciendũ est: quia illis sacre victime mortuis prosunt: qui hic viuendo obtinuerũt: vt eos etiam post mortẽ bona adiuuẽt: que hic ꝑ ipis ab alijs fiunt. Inter hec autẽ pensanduz est: qꝫ tutior sit via vt bonum quod quisqꝫ post mortẽ suã sperat agi per alios: agat ipe dum viuit per se. Beatius quippe est

liberũ exire q̄ post vincula libertatẽ querere. Debemus itaqꝫ presens seculũ: vel quia iam cõspicimus defluxisse: tota mente cõtemnere quotidiana deo lachrymarũ sacrificia: quotidianas carnis eius ⁊ sanguinis hostias ĩmolare. Hec nãqꝫ singulariter victima ab eterno interitu animã saluat: que illã nobis mortẽ vnigeniti per mysteriũ repat. Qui licꝫ resurgẽs a mortuis iam non moritᷣ: ⁊ mors illi vltra non dominabitᷣ: tamen in seipo immortaliter atqꝫ incorruptibiliter viuẽs pro nobis iterũ in hoc mysterio sacre oblatiõis immolatᷣ. Eius quippe ibi corpus sumitᷣ: eius caro in populi salutem partitᷣ. Eius sanguis nõ iaꝫ in manus infideliũ: sed in ora fideliũ funditᷣ. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificiũ: quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper immitatᷣ Quis enim fideliũ habere dubiũ possit in ipa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri: in illo Jesu xp̄i mysterio angelorũ choros adesse summis ima sociari: terrena celestibus iũgi: vnũ quoqꝫ ex visibilibus atqꝫ inuisibilibus fieri.

## De affligendo corde inter sacra mysteria: ⁊ post de mẽtis custodia: Capitulũ. LVIII.


Sed necesse est: vt cũ hec agim⁹ nosmetipos deo in cordis contritiõe mactemus: quia qui passionis dñice mysteria celebramus: debemus imitari qđ agimus. Tũc ergo vere pro nobis hostia erit deo: cum nosipos hostiã fecerimus. Sed studendũ nobis est: vt etiã post oratiõis tpa in quãtũ deo largiente possumus in ipo animuꝫ suo põdere ⁊ vigore seruemus: ne post cogitatio fluxa dissoluat: ne vana mentẽ leticia subrepat: ⁊ lucrũ compũctiõis anima per incursũ fluxe cogitatõis perdat. Sic quippe: quod poposcerat: anima obtinere meruit: que se post lachrymas in eodẽ mentis vigore seruauit. De qua nimirum scriptũ est. Vultusqꝫ eius nõ sunt ampli⁹ in diuersa mutati. Que igitᷣ non est oblita quod petijt: non est priuata munere qđ poposcit.

## De relaxandis culpis alienis vt nostre relaxentur: Capitulum. LIX.

Sed inter hec sciendũ est: quia ille recte delicti veniã postulat qui prius hoc: quod in ipo delinquitᷣ: relaxat. Munus enim non accipitᷣ: nisi ante discordia ab animo pellatᷣ dicente veritate. Si offers munus tuũ ante altare: ⁊ recordatus fueris q̄ frater tuus habet aliquid aduersuꝫ te: relinque ibi munus tuũ ante altare: ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo: ⁊ tũc veniens offeres mun⁹ tuũ. Qua in re pensandũ est cũ omnis culpa munere soluatᷣ q̄ grauis est culpa discordie: pro qua nec munus accipitᷣ Debemus itaqꝫ ad proximũ quãuis longe positũ: longeqꝫ disiunctũ: mẽte ire eiqꝫ animũ subdere: humilitate illũ ac beniuolentia placare: vt scilicet cõditor noster dñ tale placitũ nostre mentis aspexerit: a peccato nos soluat: quia munus pro culpa summit. Veritatis autẽ voce attestante didicimus: quia seruus qui decem milia talenta debebat: cũ penitentiã ageret: absolutionẽ debiti a dñio accepit. Sed quia cõseruo suo centũ sibi denarios debenti debitũ non dimisit: et hoc iussus exigi quod ei fuerat iam per penitentiã dimissuꝫ. Ex quibus videlicet dictis cõstat quia si hoc quod in nos delinquitᷣ ex corde nõ dimittimus: ⁊ illud rursus exigitur quod nobis iam per penitentiã dimissum fuisse gaudebamus. Igitᷣ dum per indulti temporis spaciũ: licet dñ iudex sustinet dum cõuersionẽ nostrã is: qui culpas examinat: expectat. Cõstemus in lachrymis duriciã mentis: formemus in proximis gratiã benignitatis: ⁊ audẽter dico: quia salutari hostia post mortẽ nõ indigebim⁹ si ante mortẽ deo ipsi hostia fuerimus.

Libri dyalogorū beati Gre-
gorij pape: vna cū annotationi-
bus capitulorū feliciter explici-
unt. Impressi ac diligentissime
correcti Basilee per Michaelē
Furter: sub anno domini Mil-
lesimoquadringentesimonono-
gesimosexto.

Laus deo.



Iste liber constat [illegible] et d [illegible]

